



Do Graciosa 1388

397

28.05.9.11



206




1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18

ARI

20 Grado, 1938
397

23 de Mayo 1938




Bel Cos. de la Conf. de Ms de Granada. 1737
D E R. 2397

CONVIVIIS

LIBRI QVATVOR.

Ad Illustriss. & Integerimum Dominum,
D. NICOLAVM DE VERDVN, Senatus
Parisiensis Principem, Equitem Tor-
quatum, & sanctioris Consistorij
Consiliarium.

Auctore
IVLIO CÆSARE BVLENGERO,
Societatis Iesu Presbytero.



L V G D V N I,
Sumptibus LVDOVICI PROST
Hæredis ROVILLE.

M. D C. XXVII.
CVM PRIVILEGIO.





Illustrissimo, ac Integerrimo Domino,

D. NICOLAO VERDVNO,
SENATVS PARISIENSIS
PRINCIPI,

Iulius Cæsar Bulengerus S.

Div multumq; dubitauit, P RÆ-
SES ILL V STRISSIME,
tibine hos de Conuiuijs libellos
inscriberem, an stylum aliò ver-
terem. Quid enim minus consentaneum vi-
detur, quam vt viro supra cæteros sobrio, &
frugi, libri de vino, & epulis, Praesidi iuris
dicundi scientissimo, & in grauissimis totius
Gallie negotijs decidendis occupatissimo, scri-
pta de legibus Conuiuij offerantur. Quum ta-
men effatum illud Pauli Æmilij fortissimi
Imperatoris, & Consulis legum peritissimi,
veniret in mentem eiusdem viri esse, aciem
aduersus hostes, & conuiuium aduersus ami-

2

cos

eos instruere, mihi veniam datum iri putauis,
 si commentariolos de cibis, & epulis è priscis
 auctoribus tibi dicarem, quem veteris memo-
 riae studiosum semper expertus sum. Julius
 Cæsar maximè siccus, & sobrius, semel, atque
 iterum epulum publicum, per seipsum, non
 tantum per macellarios diligenter apparauit,
 ait Suetonius. Augustus sextario vini in
 diem contentus, & dodecatheon cœnam ami-
 cis posuit, & sape viscerationem populo dedit.
 Tibi domi quotidiana mensa frugalis est, sed
 elegans, & nitida, ad quam non homines di-
 ctiōsi, & areatalogi, sed viri diuini, & humani
 iuris prudentes adhibentur. Tu interim de li-
 tibus rescindendis, de iurgijs componendis, de
 publico otio alendo, de salute Regis, de iure
 suo cuique reddendo studiosè agis, & vt Ca-
 tholicae fidei sanctitas splendorem suum obti-
 neat, rationem inis. Deus qui tibi iam olim
 hanc mentem iniecit, eandem magis in dies,
 magisque promoueat, vt benefactis, ac meritis
 onustus, in cœli arce ius à summo iudice acci-
 pias, quod in regni Gallia arce tam religiosè
 reddidisti. V A L E.

A D



AD LECTOREM.

CRI PSE R E multi olim,
 hodiéque non pauci, de
 Conuiuiis, Stuckius libros
 aliquot eruditos, sed mul-
 ta parerga miscet, Lipsius politè vt
 omnia, sed multa leui manu, & cur-
 sim, Ciacconius de Triclinio bellè, sed
 plæraque parum explicatè. Tot tan-
 tisque viris succedaneus tres tibi li-
 bellos, beneuole lector, do, dico, quos
 si triclinio tuo exceperis, vt Iupiter
 Homericus, escæ nidore contenti
 erunt, tu alias succo pasce.

*** 3

S Y L

SYLLABVS
LIBRORVM
ET CAPITVM.
LIBER PRIMVS.

Cap. I.	D e nomine Conuiuij.	pag. I.
2.	D e tribus conuiuiorum generibus.	
3.	D e ientaculo, prandio, cena.	3
4.	D e ientaculo.	8
5.	D e prandio Romano.	15
6.	D e conuiuiorum causa.	17
7.	D e varijs conuiuijs.	18
8.	D e conuiuijs parcis.	21
9.	D e conuiuijs opiparis.	25
10.	D e varijs cenis.	28
11.	D e cenis parcis.	31
12.	D e mediocribus conuiuijs.	33
13.	D e conuiuijs sordidis, aut luculentis.	34
14.	D e puerorum cena.	36
15.	D e Græcorum conuiuijs.	37
16.	D e alijs Græcorum conuiuijs.	38
17.	D e legibus sumptuarijs.	40
18.	D e conuiuio instruendo.	45
19.	D e conuiuatore.	46
20.	D e	47

20.	D e legibus aut sermonibus conuiualibus.	
	48	
21.	D e conuiuis.	49
22.	D e numero conuiuarum.	ibid.
23.	D e hora prandij.	50
24.	D e conuiuijs tempestiis, & intempestiis.	
	54	
25.	D e vocationibus.	58
26.	D e loco conuiuij.	61
27.	D e cænationibus & triclinijs.	62
28.	D e triclinio Philonis Iudæi.	65
29.	D e lectis.	67
30.	D e lectis tricliniaribus, & accubitis.	70
31.	R ursum de lectis tricliniaribus.	72
32.	D e accubitione.	75
33.	D e accubitione & lectis.	78
34.	D e triclinio.	81
35.	D e veste discubitoria.	87
36.	D e mappis & linteis.	90
37.	D e mensis.	92
38.	R ursum de mensis.	95
39.	D e mensis tricliniaribus.	97
40.	D e rege conuiuij.	102
41.	D e lauandis manibus.	107

LIBER SECUNDVS.

Prolusio.	111
Cap. 1. De mensis & ferculis.	114
2. De partibus.	117
3. De cæna partibus.	121
4. De antecænio.	125
5. De capite cæne.	131
6. De carnibus, & de attagena.	134
7. De pauno, & alijs anibus.	139
8. De ficedula.	140
9. De turdo & anate.	141
10. De turture & columba.	ibid.
11. De perdice & gallina.	142
12. De galbula, catta & pauno.	143
13. De phænicoptero.	144
14. De phasiano & numidicis.	145
15. De anserie.	146
16. De rustica perdice.	ibid.
17. De hædo & porcello.	ibid.
18. De glire.	147
19. De iecore anseris.	ibid.
20. De apro & lepore.	148
21. De lalisione.	ibid.
22. De caprea, dorcade, & hinnulo, vel hinnuleo.	149
23. De lucanica.	150
24. De	24

24. De carnibus elixis & coctis.	151
25. De piscibus esculentis.	164
26. De mullo.	169
27. De rhombo & scaro.	170
28. De coracino.	ibid.
29. De acipensere.	171
30. De lupo, murena & alijs.	172
31. De ostreis.	180
32. De squilla.	ibid.
33. De echino.	181
34. De murice.	182
35. De gobio.	ibid.
36. De lupo.	183
37. De aurata.	ibid.
38. De conchis & ostreis.	184
39. De secundis mensis, seu bellaryis.	185
40. De olea.	189
41. Rursum de olea.	191
42. De ficu.	ibid.
43. De alijs cibis hortensibus.	193
44. De lactuca.	ibid.
45. De caule fungis & moris.	195
46. De ficu.	ibid.
47. De chia ficu & caricis.	196
48. De bombylemmate.	197
49. De colostro & caseo.	ibid.
50. De caseis.	198
51. De condito, amulo & alijs.	199
*** 5	
52. De	

52. De alica.	ibid.
53. De placentis & alica.	200
54. De placentis.	201
55. De panibus, pulte, alica.	208
56. De faba & leguminibus.	209
57. De farre & simila.	210
58. De hordeo.	211
59. De rapis, & caulinibus, seu colibus.	212
60. De aceto.	214
61. De abyrtaca.	215
62. Rursum de aceto. De alijs terra natis.	216
63. De malis & vnis.	219
64. De cella & penu.	221

LIBER TERTIVS,

Prolusio.	223
-----------	-----

Cap. 1. De vino.	233
2. De vino veterano.	241
3. De murrhina potionē.	248
4. De nota vini.	250
5. De varijs vini generibus.	252
6. De mulso.	255
7. De passo.	ibid.
8. De mulso ex Dioscor.	256
9. De vino Albano.	ibid.

10. De

10. De Surreniis, Falerno & alijs.	257
11. De varijs vinis.	258
12. De vini rati, seu temperamento.	260
13. De usi aquae calide & gelide.	261
14. De potu veterum, & modo bibendi.	263
15. De vini haustibus, seu erateribus.	266
16. De modo bibendi.	268
17. De mediocri potu.	269
18. De bibendo.	270
19. De præbibendo.	273
20. De cottabo.	276
21. Rursum de cottabo.	279
22. De alijs potionibus.	281
23. De vomitionibus inter vina.	284
24. De coronis.	288
25. De lucernis.	291
26. De vnguentis.	292
27. De coronis & vnguentis.	296
28. Rursum de vnguentis.	299
29. De ludis inter epulas.	308
30. De acroamatis.	309
31. De scurris.	313
32. De scolio.	315
33. De scolio & cantu.	316
34. De libatione.	320
35. De griphis.	324
36. De consultatione in cœna.	325
37. De militari coniunctio.	326

LIBER

LIBER QVARTVS.

Prolusio.	327
Cap. 1. <i>De obsonatore.</i>	332
2. <i>De cocis.</i>	334
3. <i>De carptoribus & scissoribus.</i>	338
4. <i>De structore & architriclinio.</i>	341
5. <i>De prægustatore.</i>	342
6. <i>De pocillatore, & alijs ministris.</i>	343
7. <i>De pueris & puellis ministrantibus.</i>	346
8. <i>De alijs conuiuij curatoribus.</i>	349
9. <i>De vasis culinarijs.</i>	ibid.
10. <i>De vasis escarijs.</i>	353
11. <i>De poculis.</i>	359
12. <i>Rursum de poculis.</i>	367
13. <i>De myrrhinis.</i>	370
14. <i>De alijs poculorum generibus.</i>	372
15. <i>De varia poculorum forma.</i>	376
16. <i>De vasis vini & alijs.</i>	378
17. <i>De poculis Græcanicis.</i>	380
18. &c vlt. <i>De panibus & placentis.</i>	386

JOANNES CLAVDIVS DE VILLE,
In sacra Theologia Magister, in S. Pauli
Lugdun. Canonicus, & in hac diecensi ab
Illustrissimo Domino Cardinali de Mar-
quemont Lugdun. Archiepiscopo in libro-
rum censuram incumbere iussi: fidem fa-
cimus nos P. Iulij Cæsaris Bulengeri è So-
cietate I E S V , Tractatus *De Pictura, Ludis,*
& Coniuicijs vidisse, nihilque contra bonos
mores, aut Catholicæ, Apostolicæ, & Ro-
manæ Ecclesiæ dogmata, immo maxima do-
ctrina ad publicam utilitatem refertos
comperisse. Lugdun. apud S. Paulum pri-
die Idus Decembr. 1626.

DE VILLE.

†† . *Consen*

Consensus D. Procuratoris Regij.

Traetatus de Convuijs, Pictura, & Ludis,
Auctore R.P. Iulio Cæsare Bulengero
Soc. I E S v Presbytero, ego Consiliarius &
Procurator Regius typis mandari & in lu-
cem exponi consentio. Lugduni 23. De-
cembris 1626.

P V G E T.

Permissio D. Locumtenentis.

Traetatus de Convuijs, Pictura, & Ludis,
Auctore R.P. Iulio Cæsare Bulengero
Soc. I E S v Presbytero , à Ludouico Prost
Hærede Rouille in lucem dari permitti-
mus , ac ne quis citra factam ei potestatem
denuò excudat interdicimus. Datum Lu-
gduni 24. Decembr. 1626.

AVSTREIN.



DE CONVIVIIS

LIBER PRIMVS.

De nomine Conuiuij.

C A P V T I.

ONVIVIVM dicitur à convictu. Cicero lib. de Senectute, Maiores nostri accubitionem epularem amicorum, quia vita coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt melius quam Græci, qui hoc idem comportionem, tum concœnationem, symposium, syndipnon vocitarunt. Idem lib. 9. epist. 24. ad famil. Pertinere ad beatè viendum arbitror, ut cum viris bonis, iucundis, amantibus tui viuas. Nihil est aptius vita, nihil ad beatè viendum accommodatius, nec id ad voluptatem refero; sed ad communicacionem vita, atque victus, remissionemque animorum, quæ maximè efficitur sermone familiari, qui est in conuiuio dulcissimus, ut sapientius nostri quam Græci illi *ouenientia*, aut *ouideria*, id est, *comportationes*, aut *concaenationes*, nos conuiua, quod tum maximè simul viuitur. Latinis item Epulum, visceratio, epulæ, ientaculum, prandium, merenda,

A a a da,

da, cœna, comedatio. Græcis apud Pollucem *πόντος*, συμποσία, συμβολή ἐν σιγῷ, διάστημα, εἰλαπίνη, ἔρανθη, ἑστασις, ἀεισον, δέρμον, σωματινον, δότην, ξένισμα, Thucydidi ξύνοις, quam vocem duriorem Pollux putat. *Abz.* Genesios cap. 26. *Εὐθύνη*, *ἰστίαμα*, συνοικία Platoni in *Sympoſio*, διαχέα ἀπὸ τῆς εὐθύνης, διεύσις, διεύτης, διεύτη, à διεύω, diuide, quia partes cuique in coniuicio diuidebantur, unde & διατυμών, διατυμονεύς, coniuina, διεύθυντος, vel μαζεύτος coquens, διεύπονθη pistor, διαίτη Pollici, ἀγάπη, apud veteres Christianos, Doribus αἴκλον, πωακλητα, coniuina, ἐπαικλα secunda mense Athenæo lib. 4. & lib. 11. cap. 11. dicitur & συμβολως Luciano in *vitarum mercatu*. συμβολαῖς δέξιοι καὶ συμμεῖν ixuvos, in coniunctu elegans, & vini potor egregius. Polemon existimat αἴκλον Laconibus dici *apophoreta*, quæ darentur coniuinis qui Phiditia egerant. Cæteri Græci αἴκλον cœnam vocant. Athenæo ἡγετεῖα, καλκεῖον, καθόν, κακήσιον, pastus, coniunctus, sodalitas, conuentus, congressus, cœtus, τῇ θεοῖσιν οἶκοι, φωλητέα. Curias Romæ Dionysius Halycarn. vocat ἑστασία, Curiones διάτοπα, Liuius, Epulones. Phiditia olim dicta ἀσφεῖα, virorum coniuina, quod fœminæ illis excluderentur. μάζωνες coniuina parum lata. Athenæus lib. 4. εἰς τοῖς λεγομένοις μάζωις. τέτο γὰρ εἰς καὶ νῦν ἡ διουνοτακὴ συμβολή ξερτέρωμα. Nomen Mazonum hodiéque cœtus Dionysiacus habet.

De

De tribus Coniuiniorum generibus.

C A P V T I I.

Veteres Græci & Romani conueniebant aut ad cœnam rectam, aut ad nuptias, aut ad ἐπαυτον, seu collectam, & symbolam. Cœnam rectam intelligo eam quam Græci vocant διαχέα, εἰλαπίνη, Latini prandium, aut epulum dapsile, coniuinum opiparum, sive publicum, sive priuatum, viscerationem. Eustathius ad lib. 1. *Odyss.* οἱ πελαιοὶ σωματῶν ἐπ' διαχέα, ἥτις εἰλαπίνη, εἰς γαμοφ., καὶ ἔρανθη. Cœnam rectam Hesiodus vocat πολύξενον διῆτα, cœnam hospitibus, aut amicis refertam. Sueton. lib. 2. cap. 74. Augustus coniuabatur assidue, nec unquam nisi recta, non sine magno ordinum, hominumque delectu. Cœnam rectam sustulit Nero, reuocauit Domitianus. Symbolas conferebant Eranistæ, & symbolum, id est, annulum, vel quiduis aliud soliti dare loco arrhæ ei sodalium qui iubebatur cœnam parare. Quare lena conqueritur de filia apud Lucianum in *Dialog. Eter.* Quod amanti annulum dederat quem deponeret pro symbola, cum nummis careret. ἢν ξυντηδεῖναι συμβολὴ, τὸ δικτύλιον διεύθυντος. Lysias in orat. de Aristophanis pecunijs, ἔλατε σύμβολον ὁ διάχονος βασιλέως φίλας χρυσῆς, accepit symbolum à Rege phiale aurea, vbi symbolum pro arrha sumitur. Plaut. in *militie glor.* Ea causa miles hic reliquit symbolum, impressam in cera ex anulo suam imaginem, ut qui huc afferret eius similem symbolam. Dicitur autem Eranon ἀπὸ τῆς συμφρένης ξυστον, quod

Aaaa 2

Era

Eranistæ inter se ament, & quisque conferat. Ca-
saubonus σωματιῖ interpretatur conferre, & coniūcere,
quia ἔσπερν significat eīcere. Epidosima δεῖπνα fiunt
cœnæ adiectiæ ex iis quæ conferunt sodales ul-
tra id quod tenebantur ex pacto, vel ex infelici
iactu aleæ. Erat genus Eranii cùm non pecunias,
sed suos quisque cibos in spora in commune de-
feiret. Dicitur τὸ θάνατον αυτοῖς δεῖπνον. Hesychius,
τὸν σωματιῖ δεῖπνον, οὐ δεῖπνόν, τὸ αὐτὸν δεῖπνον ἀ-
γριεστον, οὐ μέρη εἰν σωματιῖ λαβεῖν, οὐ δύναται, est pro cœna
argentum, aut partes in spora accipere aut dare. De-
mosthenes ἵρανον, vocat σωματιῖον. & Menander
ἐπίπρωτον τὸ σωματιῖον, impleuit collectam, & cœ-
tum. Homer. 2. *Odyssæa.*

πάρε δε πέδει κανεὸν, καλύπτει τε γάπτειν.

Apposuit sportulam, seu canistrum, & pulcram
menſam. Vbi Scholiaſtes: Ad eranon, & cœnas
conueniebant Poëtæ, sed nihil præter cantum
conferebant. Vnde & dicuntur Poëtæ ἄκρην διένειν,
sine fumo sacrificare. Quia sumptu alieno cœnant,
apud Athenæum lib. 1. & opiparae cœnæ signum
est ignis, aut fumus. Scholiaſtes Aristophanis,
τὸ πυρὸν λαχεῖσαν οὐμαῖον, ignis cœna signum. Thiasi
epulas Deorum, aut epulones ipſos ſignificant,
quasi οἴασι. οὐδὲ, Doribus θεοὶ. οὐθὲν δὲ, vir diuinus. εἰλαπῖνa dicta eſt à concoquendo cibo.
λάπτειν enim τὸ δόγμα ἐκπίθειν, cibum concoquere.
Vnde εἰλαπίχθαι, & Atticè λελαπίχθαι. λάπτειν pro-
priè eſt ſonum edere, quem tuburcinatores eden-
do faciunt. Euochiam antiqui dici volunt τὸν ἔρην,
ab alimento. Melius omnino τὸν τὸν ἔρην,
quia pauperes, & vincti, & mastigiae δύλι & ali-
mentum capiunt, quibus negatur ἔρην. Athe-
næus

næus lib. 8. σωματιῖ dixit. Terentius in *Phormione*
act. 2. scen. 2. Téne aſymbolum venire vncūm;
atque lautum ē balneis. Εἰλαπῖνa dicitur ex eo,
quod bibunt in turmis equitum, πίνουσι εἰν εἰλαπῖνa,
vt Eustathio, vel τὸν τὸν λαφύνθειν, ſine modo expen-
dere. Σάλια ſuis, aut Σάλια, florens conuiinium, &
Σάλια, germino, vel ab ἀλιζεδῃ ſuis, conuenire in
Deorum gratiam, vt Eustathio ad lib. 9. *Iliad.* Plu-
tarachus ſympof. 9. quaſt. 14. Σαλιάζειν conuenire gra-
tia compotandi hilariter. Σείδειπνa Athenæo cœnæ
ferales, lib. 8. ιεπήθειa, gymnaſia, aut conuiua pu-
berum. Lib. 10. cap. 7. φιλονια φιλεπηγα, φιλινα, aut
φιλιπα, conuiua ad amicitias augendas. lib. 5.
cap. 1. φρατοιηγα, θημοπηγα, epulæ tribulium. ἄριδα,
ἄψιτα, epulæ, ad quas incondita multitudo vo-
catur. ὄρχωνιq in mysteriis, conuiua, ad que
θιασῶνται vocantur. ἵρανον σωματιῖον apud Athē-
næum lib. 8. cap. 12. Hesychio φελιπηγα, vbi thia-
ſotæ conueniunt. Apud Athenæum lib. 4. cap. 4.
πτῶσιδα nutrictales epulæ, cum nutrices in tem-
plum Diana pueros deferunt. πυτὰ Persatum
apud Herodotum lib. 9. τέλειη δῆτε. Apud Athē-
næum lib. 4. cap. 8. αἶκαθεν vesperna Laconum,
σωματιῖον, confectiones, τὸν τὸν ἔρην, vt Eusta-
thio. Vnde bellaria ἐπικλα, ὑπερβολιονα, διθειπνa.
Apud Athenæum lib. 4. cap. 4. cœnæ κοπίδες, à
κοπίᾳ, quia capra immolatur. φύσιαλθεν, panis in
canistro vimineo. ſuis dicitur à δάιοι, diuido, quia
in epulo ſuæ cuique partes datæ. Homerus διῦτα
τίτοι vocat. Prouerbium, μεῖς οὐ πίγει, Pars non
ſtrangulat. μεῖς, οὐ πίξ, modeſtè edentibus. Apu-
lelius Mileſ. 4. partes surreptas, & prægustatas pot-
tiones offerebat. Suetonius de *Caligula* cap. 8.

Equiti Romano audiūs vescenti partes suas misit. Homerus *Odyss.* 8. οἱ δὲ ἄλλοι μοίρας τὸν ἔπειρον, καὶ πόσιον τὸν οἶνον. Olim unus tantum missus fuit, unum ferulum, quod ex aequo in singulos coniuias diuidetur, postquam plura ferula illata sunt, ea dicta στηφορύματα, ut scribit Dionysius Trypho. Ita *Genes.* 43. à Iosepho partes fratibus datae. & 1. *Reg.* 9. à Samuele Saüli data pars optima. Cato Uticensis solitus erat de portionibus sortiri, quācumque cōtingeret, si sors ipsum destituisset amicis, ut primas tolleret instantibus, parum id aiebat conuenire inuita Venere. Coena autem recta dicitur εὐτέλες δεῖπνον. Lucianus, καὶ ἀυτοὶ εἰκονίζεται τὸ εὐτέλες ὀνομαζόμενον δεῖπνον, *Simul inferebatur perfectum prandium.* Martialis *lib.* 11. perstringit coniuiam furacem:

*Quidquid ponitur hinc, & inde verris,
Mammis suminis, imbricēisque porci,
Communēisque duobus attagenam;
Hec cūm condita sunt madente mappa,
Traduntur pueru domum ferenda.*

Eustathius, εἰλαπίνη θυσία, καὶ σχολὴ λαμπτεοτέρα τοῦ τὸ κατ' εἴλας πίνεν, *Eilapine sacrificium*, & apparatus luculentior, quod gregatim biberent. οὐκ εἰλεύθερος πολλοῦ ἔπινον χάρισιν Θεονολόγοι, *Vbi multi simili congregari bibeant laeto coniuinatore.* γαμοῦ fit ob nuptias. Eranus parcus fuit, & modestus, quia ἐρανιστα suum quisque comedebat, & symbolam conferebat. ἐρανοὶ οὐκοῦνοι συμβολῆς, ηρωῶν καταβολῆς, καὶ δικάνης πολλῶν πνῶν θωράκα. Eranus, cum multis in commune conferunt, ut simili epulentur. Dicitur & prandium ex sportula. Tzetzes ad lib. 2. Hesiodi, καταβόλια ὅταν κονύος εἰσφέγοντες δαπάνην συμποσίου,

ποσιόζοι, *Catabolia*, cūm in commune conferentes sumptum epulantur. Alia sportula fuit, quam instituit Nero recte cœnæ loco apud Iuuenalem 3. & Martialem,

*Centum miselli iam valete quadrantes
Anteambalorum congiarium lassi.*

Laertius in *Digene cane* ait quemdam fuisse ἑρα-
γάρχων. Cicero lib. 2. de *Orat. Symbolam*, colleētam vocat. Quoniam collectam à coniuuis exigis. In Proverb. cap. 23. Noli esse in comedationibus eorum, qui carnes ad vescendum confe-
runt, quia dantes symbolas consumuntur. Eustathius, Σιαστὸς ἐρανοῖς, τοῦ τὸ σιδηροῦ, τὸ τεστίου, collatum prandium. Terentius in *Andria*: Cœ-
nauit, symbolam dedit. Plautus: Paratae sunt sca-
pulis meis symbolæ. Idem collatum ventrem
vocat. Colleatrix apud eumdem, quæ religionis
causa stipem colligit. Athenaeus lib. 8. ἐρανοὶ τοῦ τὸ σιδηροῦ. εἰσαγωγὴ πάντας οὐκαλλούμενων. σιδηρώμενον δεῖπνον ἐκ τοῦ συμβολῆς. τὸ πάντας σιδηρίδος δεῖπνον ὅταν τοῖς αὐτοῖς σιδάροις δεῖπνον, καὶ σιδηρίδες εἰς σιδηρίδα τοῖς τίνα σιδηρίσσειν ἔν. Arguii πάντα συμβολὴν τὰ εἰς τα σιμποσία καλέσοι καὶ, τὰ δὲ μερίδα αἴσου. Terentius in *Ennius*: Heri aliquot adolescentuli coīimus in Piræo, in hunc diem, ut de symbolis essemus. Chæream ei rei præfecimus, dati annuli locus, tempus constitutum est. Quæ supererant, ex era-
no distribuebant. Aeschines in *Ctesiphontem*, ὥστε τοῦ ἐράνων τὰ σείσυτα νημάρινος ἀπέρχεσθαι. Hesychius, εἰλαπίνη, θυσία, ἕρωτὶ πάντῃ τῷ σιδηρείδῳ εἰς αὐτῷ πίνοντας. Athenaeus lib. 8. τὰς θυσίας, καὶ τὰς λαμπτε-
τέρας σχολὰς vocant εἰλαπίνας. Pollux lib. 1. πα-
δονίας, πανδονίας, prandia, vel conuinia publica. Εἴτι-
Aaaa 4 uam

uam cœnam post assūm vulgō ita interpretantur, vt si quid post assūm inferatur, sit alienum, apud Tertullianum lib. de anima. Putem ego cœnam æstiuam leuem fuisse, & humidioribus cibis constitisse. Plautus in *Menechmis*: Æstiuè admodum viaticati sumus.

De Jentaculo, Prandio, Cœna.

C A P V T I I I.

Quod hodiéque fit, vt homines vulgō ter cibum capiant, manè, sub horam vndecimam, & vespere; id iam olim factitatum esse docet Didymus ad *Odyss.* lib. 2. τεῦ Σφαιρίς οἱ παλαιοὶ ἐχώντο, καὶ τών μὲν περίτιμοι ἐκάλουσι ἀριστερὴν ἡλίου παντοῖς, χρέον ἐν σκοτίᾳ τόντο, τούτῳ περιφρεδεῖ πάντις περίτιμοι Σφαιρίς, φέρετο τὸ ἄκρη ἀνομαλόντινον τὸ λέξιον, τών δε τέραν δεῖπνον μετὸν ἐδεῖ πονεῖν, ὁ δια τὴν ἔνεργειν, &c. Ter cibum veteres die capiebant. Ientaculum primò sumitur, quod vocatur δεῖπνον, & sumitur manè, cum adhuc penè tenebra essent, dictum ab æripe. Secundò sumitur prandium, δεῖπνον, quia eo sumpto liberandum, δεῖ πονεῖν, & ad exercitia militaria redeundum. Tertiò δεῖπνον, cœnam Latini vocant, quasi iæuiptron ab iæuere, dormire, iocuadæ, quando imus dormitum, aut cubitum. Ariston dici potest, quod eo sumpto ad præclarum aliquod opus procedunt, ait Didymus pag. 15. & pag. 40. ἀειστυ τὸ περιφέρεια τὸ μετρωπα. Ientaculum, matutinus cibus, δεῖπνον, vespere cœna, seu Dorpon, τὸ δὲ τὴν ἴστερα δεῖπνον τὸ περιφέρεια, prandium manè ante meridiem. Dorpon

θεῖα

τὸ δέρη πάντειν, quod hasta quiescat, ή πάντειν πλευρῶντα τὰς πολεμοῦτας τῷ δόρατο, aut ex eo, quod milites ab hasta tunc ferientur. Postea Ariston fuit, quod nobis hodie prandium est. Polyænus lib. 5. Strategem. Telestinius Siculus, περιττᾶς περὶ ιεραὶς αεισηντας παπάτεις πουχάζειν. ἐπὶ δὲ κευρὸς ἀριστερὴν, καὶ τὸ εἰωδὸς τούτου πλευρα, iussit milites ante diem ortum pransos quiescere. Quidam autem prandij tempus esset ex more signum dedit, & Athenienses imparatos oppressit. Ita & apud eumdem: Memnon sepe milites in Parthenionem educcens de die, & recedens, tandem cum hostes arma exuisse, & circa prandium occupatos esse sensisset, rursus apparuit, & vicit. Romani in ientaculo panem siccum sumebant, nec bibebant. Vopiscus de Tacito: Panem nisi siccum nunquam comedit. Panem gustare, panem comedere est ientarc. Glossæ: Ientat βεβίζει, βεβιοῦσι ientaculum. Seneca epist. 83. Non multum mihi ad balneum supereft. Panis deinde siccus, & sine mensa prandium, post quod non sunt lauandæ manus. Augustinus: Nos in esedo panem, & palmulas gustauimus. Galenus lib. 2. ὑγιεινῶν, καὶ τεῖτος ὅπας ἡδεῖς ἀρτοὺς μὲν μελιτὸς ἀθίκης, Sub tertiam horam comedebat panem cum melle Attico. Clemens lib. 2. cap. 2. Pedag. Xerophagiam vocat, cum panis solus sine vino comeditur. Martialis:

Mane veni potius, nam cur te quinta moratur,

Ut ientes, sero, Ceciliane, venis.

Quia venis ad prandium, non ad ientaculum.

Festus: Cœna olim, quod nunc est prandium; vesperra, quæ nunc est cœna. Plutarchus *Sympof.* 8. Olim homines ἵπποι edebant panem ἐν ἄκρατῳ,

Aaaa 5 manē

mane in mero, καὶ μετὰ ἄλλο, & nihil aliud, quod dictum Acratisima, & Ariston, & οὐαλιρα. Homerus :

ἀρτῶντας ἀεισον ἀμ' ιοῖ φυνούμηνθι.

Ientaculum instrumentes cum aurora ortu. Martialis lib. 14.

Surgite, iam vendit, pueri, ientacula pistor.

Festus : Prandicula, ientacula. Scensas dicebant coenas, quae nunc prandia. Pro scensis vespertas. Scensas pro scensis, Sabinum vocabulum. Silatum pro ientaculo, quia ieuni vinum sili sumebant. Suetonius in *Vitellio cap. 13.* Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertriebat ; in ientacula, prandia, coenas, & comissiones, quae à comedendo dictæ, sibiabantque post coenam. In Domitiano *cap. 21.* Liuius *lib. 40.* Seneca in *Suasor.* Ad prandium promissem, ad coenam renunciarem. Fuit & merenda, de qua Isidorus *lib. 20.* *Origin. cap. 2.* Merenda est cibus, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edenda, & proxima coenæ, unde & antecœnia à quibusdam vocantur. Alij putant merendam dari solitam iis, qui merebant ære, id est, mercenariis. Calpurnius in *Elogiis :*

Sera cum venerit hora merenda.

Dabatur mercenariis à domino, seu conductore, antequam labore mitterentur. Dio de *Vitellio* : ἔχοντες δὲ ἡμίρρας οἱ αὐτοὶ εἰσὶν εἰπὼν, ἀλλὰ ἄλλοι πολέμουσι πάντες. ταῦτα δέ, ἄλλοι οὐδὲισθοι, ἐπειγοῦσι δὲισποντοι, ἐπειγοῦσι μετοδηρτά πνευ πληρωμής οὐδεισθεα. Eadem die non iidem Vitellium coniuui excipiebant, sed alij ientaculum, alij prandium ; quidam coenam prabebant, nonnulli comissionem post coenam, quæ repletionem solaretur.

laretur. Comissa bantur post coenam, quæ vox non à Graeco καναζεν, vt voluit Lambinus, sed à comedendo facta. Cui sufficiebat Vitellius vomitandi consuetudine, vt ait Suetonius. Edunt, vt vomant, ait Seneca *Consolat. ad Helviam cap. 9.* Vomunt, vt edant, ideo in balneum ibant. Iuuenalis :

Et crudum paonem in balnea portas.

Seneca vocat alios ieunatos vomitores. Cornelius Celsus, vomere luxuriæ causa damnolum prodit. Sed de comissionibus Liuius *lib. 40.* Quin commissatum ad fratrem imus. Item : Coniuiam me tibi committere ausus non sum, commissatorem te cum armatis recipiam. Quintilianus : Hic est ille in pestilentia commissator. Comessari tamen potest idem significare, quod καμάζεν, vt de iis accipiatur, qui de nocte per pagos, & vicos lasciuiunt, & vagantur. Ita apud Q. Curtium comessabundus dicitur : Comessabundus Alexandri Magni exercitus. Seneca *epist. 84.* In comessionibus nostris plus cantorum est, quam in theatris olim spectatorum fuit. Trebellius in *Gallieno.* Prandium dici vult ab eo, quod milites ad bellum paret. Fulgentius Placiades : Ientaculum dicitur gustatio. Callimachus : Ientaculum proferre Ioui. Dicitur & gustus, edulium, prægustatio, comedio. Apuleius : Edulibus opipare excepta. Isidorus *lib. 20. cap. 2.* Est autem coena vespertinus cibus, quam antiqui vespernam dicebant. In vsu enim non erant prandia. Saluianus *lib. 1.* Romanos veteres semel tantum die, idque sub vesperam comedisse ait : cum viles, ac rusticos cibos ante ipsos, quibus exercebantur, focos sumerent, eosque ipsos non caperent

perent nisi ad vesperam. Vt. Gloss. Merenda διάλιτη, γεῦσα, δέγμα dicitur, seu specimen. Seneca: Dedit nobis gustum, ad quem respondebit. Glossæ: Comissa, συμβολή. Comissatum, εἰς καύσον. θόρπος ὁψική τὸ δεῖπνον ἔχειν καὶ μὲν νυκτεένον. Dorpus cibus sub vesperam, sed non nocturnus. Apud Athenæum Aristomenes: ἀκρατεῖμαι μικρόν, iento parum. Philémon ait, ὅπερ Θύφαις ἐχεώντο οἱ παλαιοὶ ἀκρατοῦ, seu διανιστοῦ, vñi olim ientaculo, δεύτερην ἀρίστη, seu δορπῶν, prandio, τρίτον ἑσπερίσματ, tertio vesperna, τέταρτον δεῖπνο, seu διπλοπτήδι, quartο cœna. De experiente Odyss. s. οὐ δέρχο διελίθους, Tū vade, cum vespernam, seu merendam ceperis. λέγετο δεῖπνον ὅτε έτι μετάξεν τὸ οὐράνιον λεγομένην ἀρίστην, καὶ δεῖπνον. δεῖπνον dicitur, quia inter prandium fit, & cœnam. Eustathius, ἄεισον οὐσεὶ ἀρίστης ιστημένη, γεῦσα ἀρίστης ἔχον πάνυ περισσούς γνόμονον. Ariston quasi marte stante, gustus bene habens si mane fit. Apud Æschylum Palamedes ait,

—— στοι δέ εἰδεν διώσον,

ἄειση, δεῖπνα, δόρπα τὴν αἰρεῖσθαι reīta.

Definiti tempus capiendo cibo, vt mane ientaculum, meridie prandium, vespere cœna, seu δόρπον sumeretur. Vt cœna dicitur, quia cum pluribus communicaretur, ita δόρπον dici puto non ab iāvē, vt vult Didymus, quod est dormire, sed à δρόπῳ, carpo, quod carptores carperent, & scinderent luctulento apparatu carnes. Apud Lacedæmonios prandium mane sumebant, vespere cœnam. Seneca epist. 83. Leonidas ad Thermopylas Persis ingruentibus dixit: Commilitones, prandete, tamquam apud inferos cœnaturi. Alacres & ad prandium illi promiserunt, & ad cœnam. Athenæus l.b. 1. cap. 4. ponit primò ientaculum, δια-

νιστρεον,

νιστρεον, quod Glossæ vocant γαστρί μὲν ἡ γαρο, & gustarium βεβιομένη, à buccæ panis sicci sine vino. Secundò ponit δεῖπνον, prandium. Tertiò merendam. Quartò διπλοπτήδι, cœnam, aut δόρπον. Apud Suetonium Vitellius cap. 22. addidit ante somnum comillationem de nocte. A ientaculo, quod ἄεισον dictum Hippocrates edaces vocat ἄειστης. Ientaculum ἀπὸ τῆς ἵτα, ab eundo prandiculum, dictum ait Festus, de quo Homerus Odyss. vlt.

τὸ δέ αὖτ' ἐπιτριής ὁδοῦς η δέρπον υφορβὸς
ἐπιτριῶντο ἄεισον ἀμίνης οὐκειαμένος πῆρε.

Klytæs, εὸς diminis subulcus in tabernaculis pararunt sub ortum aurora ientaculum, accidentes ignem. Antiphanes, ἄεισον εὐ θερόν οὐ μάζερπος ποτε σωματικούσιον πῶς ἔχεις μετ' ἐμοῖς. Interim dum cognitus prandium apparat, potes mecum in ientaculo meracrum bibere. Cantharus Poëta, ἐκαὶ ἀκρατοσάμενδ' αὐτῷ. μηδαμός εὐ ιδειρόν δὲ ἄειστον μόνον. Igitur ibi ientemus. Nenitiquam, quia in Isthmo prandebimus. Apud Athenæum lib. 1. διανιστοῦσαν ἀπονησίονται, ientare. διανιστοῦσα est propriè ieunij continuatio, accipitur tamen pro ientaculo. Athenæus δεῖπνον de quarto cibo, seu comillatione putat accipendum. Circumferebantur cibi maximè in gustatione, & ab alio ad alium transferebantur, vt quisque caperet, & quantum vellet. οὐδεινὸν ἄειστον Regis Persarum prandium cognatorum, ad quod vocabantur Regis cognati, interdum & alij. Heraclides de cibis circumferendis, λητέον τομέαν Εργίου τοῦ τὸ πίνειν, τὴν μάλιστα τὸ εἰδιότερον περισσότερον διέδωσε σειροπάς. Capiendus est modicus cibus, antequam bibas, maximè autem id operam dare debes, vt cibi soliti circumferri in ientaculo tibi apponantur. Gustationem intelligit, qua

quæ constabat oleribus, & cibis salitis, λεχανώις ἡ τραπέζων γένεσι. Plutarchus vocat λεπτὰ ἦ τοιοῦ, tenuia, & sc̄tilia, quia tenuis alimenti sunt. Epictetus in Enchiridio, ἐν συμποσίῳ πεφορίμενον γέγονε πεπτάσε, ἐπεινεν τῶν ζεῦς κοριαὶ μετάλλες, παρέρχεται γε τεχ.

In coniuicio si aliquid circumfertur tuo loco, extensa modestè manu cape, si præterit, ne retine. Vnde appetet, in ientaculo, prandio, & coena moris fuille, vt cibi circumferrentur, quos coniuia sumerent arbitratu suo. In ientaculo proponebatur vt plerumque saltamentum probè maceratum, & ritè salitum, vt orexin excitaret, τάχεις τέλεις ἢ μη βερυβδης, maximè abyrtaca ex cardamis, quod Persicum genus acrimonia commendatur. Promulsis est propriè gustatio. Cicero epist. 167. ad Petrum: Neque est quod in promulside spei ponas aliquid, quam totam sustuli. Solebam enim anteā delectari oleis, & lucanicis tuis. Postea promulsis dicta, tam vas, quam quod vase continetur contra quam sentit vir eruditus. Prandum Trebellius in Salonnino putat dictum à parando, & à cinctis initum, quia parati milites ad prælium esse debent. Iudiciorum lib. 20. cap. 2. ab apparatu edendi, alij à peredendo, quasi peredium. Nonnulli ab ἕωσ, id est, meridianus, quia meridie sumitur, παρ' ἔωσιν, aut quia prandent, πρὸς ἔνδεις φέρου. Merenda vero, inquit Nonius, quia post meridiem sumitur. Festus: Merenda prandum, quod medio die capit. πεύκου fuit potio ex melle, vinōque confectum longa insolatione, quod inter conditorum genera reponit Aëtius in Tetrabilo 3. serm. 3. cap. 10. & 30. Id ante prandum, & coenam sumebatur. Erat promulsis Pétronij delicata apud Athē-

næum lib. 2. cap. 28. In cibos iniiciunt πίνει, συμπέραν, καπνεῖ, μέσην αἰγυπτίον, Piper, myrrham, unguentum Ægyptium. Festus: Silatum olim ientaculum dictum, quia sili herba condiebatur.

De Ientaculo.

CAPVT IV.

Ientaculum diximus vocari ἀράτιον, quia manè ἀράτω vino mero panem intingebant, vt Plutarch. lib. 7. sympos. cap. 6. & Athenæ. lib. 1. cap. 4. Theocriti Scholiastes ἀράτιον ἀράτιον ἄρατιον, διαντούσσων. Theocritus ἀράτιον vocat eum qui non ientarat. Latini ientationem vocant prandiculum. Scholiastes Homeri ἀράτη dici vult ab ἑτε, id est, manè, quia ἀράτη diluculum significat, vnde aurora ἀράτη, Eumæus apud Homerum ἀράτη νοῖ φανερόνθι, cum aurora apparente. Alij ἀράτη, quia ἀράτη τι, hora edendi certa non est. Quidam ἀράτη ἀράτη, quia ientaculo sumpto ad prælium ibant. Nonnulli ἀράτη ἀράτη, quia vota & preces ante cibum faciebant. Alij quia primus manè cibas optimus, ab ἀράτη conuenio, ideo dicitur γενναία gustus. Apuleius Miles. 1. ad ientaculum ait dari panem cum caseo. Martial. lib. 13. epigr. 30. Prandum pro ientaculo posuit, de caseo lunensi,

Casens Herusca signatus imagine Lune,
Prestabis pueris prandia mille tuis.

Plutarchus πεύκη merenda quæ apud Athenæum ponitur inter ἀράτη & δεύτη, prandum & coenam. Plutarch. sympos. 8. cap. 5. Quidam δεύτη esse

esse volunt ἀερίμον ἡμέραμ, matutinum cibum, seu ientaculum. Xenophon lib.5. Hellenic. Agesilaus scribit cùm festinandum esset semel tantam comedisse, & simul prandium ac cœnam sumpsisse, ἄριστον γάρ δεῖπνον ἄριστην πονητικόν. Non nulli dicunt δεῖπνον μεσημέριον ἐθνοῦσα, μεθ' ὁ δεῖπνον ή ὑπερν, Deipnon esse meridianum cibum post quem aut laborandum est, aut dormiendum. Veteres enim meridiabantur, & diem diffindebant, vt hodieque Itali. Athenæus nocturna δεῖπνα commemorat. ἀρπτον Xenophon ἀρπτὸν vocat, cœnam. Eritianus tempus vespertinum ἀρπτον. Sed audiamus Plutarchum de prandio lib.8. cap. 6. symposiac. τὸ δὲ ἄριστον ἐκλάνθινον ἀπὸ τῆς ὥρας, ἔνδον γὰρ τὸ δειλινόν, γάρ τινος μετ' ἄριστον ἀνάπαυσον ἐνδέχεται, οὐ τοσούτην τινα σκαριώντες ἐδωλεῖ, ή Θεφίν, ή χεῶν^τ τοιν ἐγδεῖς φεύδει. Ariston dictum prandium ab hora meridiana, quia ἕνδον significat meridianum tempus, & meridiari seu per meridiem dormire, εἰδίζεται. An cibum matutinum voluerunt notare quo veterenr priusquam indigerent. Plinius lib.3.epist.5. de Plinio auunculo suo. Dormiebat (post meridianum cibum) minimum, mox quasi alio die studebat in cœnæ tempus. Festus ientaculum & prandium veteribus idem fuisse ait. Ientaculo nomen factum esse volunt à ieunio, quod ieuni ientaculum sumerent, quod dictum Silatum. Festus: Silatum, inquit, antiqui pro eo quod nunc ientaculum dicimus appellabant, quia ieuni vinum sili conditum ante meridiem absorbebant. Festus merendam prandium esse ait, quod medio die daretur. Nonius merendam cibum qui daretur post meridiem. Apud Festum cœna veteribus prandium fuit, vesperna erat

erat quæ nunc cœna dicitur, quæ paulo fit liberaлиus in commune cum amicis, quia prandium erat parcum, & solitarium, vt Isidorus lib.20. cap.2. Comissario, de qua Suetonius in Vitellio, à comedendo dicta, ferebatur post cœnam, seu vespernam de nocte. Ἰατέσιον comissatio. οὐτον quia sero sumitur. οὐτε tardè.

De prandio Romano.

C A P V T V.

Serui ad lib.4. Aeneid. veteribus Romanis in usu prandia fuisse negat, vt & Isidor. lib. 20. cap. 2. Cassiodor. ad Psalm.14. Antiquis mos erat semel cibum sumere. Boëthius lib.2. de consolat.

Felix nimium prior etas contenta fidelibus armis,
Nec inertī perdita luxu, facili que sera solebat
Iennia soluere glande.

Non dubito veteres cibum sumpsisse, siue prandium, siue prandiculum vocare libet, priusquam in agros ad opus vel in forum exirent. Cœnabant autem vel hora undecima, vel certè nona, cœnamque in noctem producebant. Valer.lib.2.cap.1. Olim viris prandere, & cœnitare in proposito verecundiae non erat. Cicero lib.3. in Verrem. Prandia & cœnas verris commemorat. Macrobius lib. 2. Saturn. cap.13. imperari cœpit vt patētibus ianuis pransitaretur & cœnitaretur. Horatius:

Luscimias soli impenso prandere coemptas.

Plutarch. lib. 8. sympos. cap. 6. τὸ δὲ δεῖπνον φασι κοῖνα διατην κοινωνιαν καλεῖσθαι. καὶ δικαῖος γάρ ἡσίστων

διπεινοῖς οἱ πάλαι ρωμαῖοι, συμβιτρυνοῦτες τοῖς φίλοις. Alii deipnon, seu vespernam dictam cœnam, quia veteres Romani soli parce prandebant, sed largius cœnabam cum amicis. Pomponius tamen Sabinus ait veteribus ignota prandia, ut in vita Galieni proditur. Seneca epist. 122. Quotidie sobrius prodis, sic cœnas, tanquam Ephemericidem patri approbaturus. Celsus lib. 1. cap. 3. Hyeme si prandet aliquis, virtus est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, sine potionē sumere, aestate verò & potionē, & cibo corpus latius eget, ideo prandere quoque commodum est. Δέῖπνον Plutarchus, quia διατριψ τῇ πόνῳ, quietem afferat à labore. Alij δέῖπνον δεῖ ποτεῖν, laborandum est, quidam δὲ ὑπερν, oportet dormire, sed δέῖπνον sumunt pro cœna, & vesperna.

De Conuiuiorum causa.

C A P V T V I .

V ETERES mensam rem esse sacram existimabant, cui Iupiter hospitalis, & amicus, Φίλος, & Hercules Trapezius, seu mensarius præcessent. Homerus mensam γῆρασὶ, & αἰδίαι, honoratam, & reverendam vocat, Tacitus lib. 13. mensa sacra, & lib. 15. si sacra mensa, dīque hospitales cæde violarentur. Athenaeus lib. 2. τὸ παλαιὸν ἐκ τῆς θεοῦ ἔτ' εἶνον θῆται πάτερ, ἔτ' ἀλλοι ιδουποθεῖαι τεραφέδει μὴ θεοῦ ἕνεκα τέτο (lego εἰμὶ) δρῶν). μηδὲ τὸ διεν μεδεῖν. Deinde quasi θεῶν οὐκον. Olim moris non fuit neque vinum largius, neque aliam oblectationem proponi, nisi id Deorum causa fieret. Unde μεδεῖν in-

briari

briari post sacrificium. Thoëne, quasi vinum Deorum. Idem lib. 5. πάσου συμποσίου συμετρῷ, αἱ ad veteres causam in Deum referebat, omnis conuiuij congregatio, ἀρχὴ τοῖς ἀρχιοῖς τὴν αἵτιαν εἰς θεῶν ἀνέφεσται, & coronis vtebantur, quæ cuiusque Dei propriæ essent, & hymnis, & canticis, & nullus seruus ministrabat, sed iuuenes ingenui pocula porrigebant, καὶ σεράνοις ἐχερντο τοῖς οἰκείοις τῇ θεῶν, καὶ ὑμοῖς, καὶ ὄδεις, καὶ δελφῖς ἢ διακονίοις, ἀλλ' οἱ νέοι τῇ εἰλιξέρων φύσιζεν. Ouidius lib. 5. Faſtor.

Ante focos olim scannis confidere longis

Mos erat, & mente credere adesse Deos.

Apud Panſaniam Asclepiades moderatum conuiuum Deorum conciliabulum esse ait. Eustathius Odyss. 1. ὥρα 9. In Achaia erat Heros Δειπνός, δαιμός Troiæ, δαιμόν, & καράος Spartæ, εἰλαπνασίς, καὶ πλαγήσιος in Cypro. Pindarus, φίλων σχάπτειν vocat mensam amicam, id est, φιλοποιον. Seneca epist. 19. Visceratio sine amico, vita leonis, ac lupi est. Plutarchus 4. Sympos. cap. 1. συμπόσιον, διαγώνια τῇ εἰς οἴνῳ εἰς φίλοιν καὶ χειρὶ τελοῦσσαν, Coniuinum oblectationem esse in vino, que definit in gratiam, amicitiamque. Lib. 7. meminit cuiusdam Romani, qui cum solus aliquando cœnasset, eo die se non cœnasse, sed edisse tantum dixit, quasi cœna communicacionem, & gratulationem dulcem, & suauem semper desideret, ὡς οὐ δέιπνον κοινωνιαν, καὶ φιλοφευστῶν ἐφιδικόντας δεῖ ποδοῦνται. Lib. 2. cap. ult. consuetudinem illam ait partes in conuiuio cuique tribuendi illiberalem esse, & inciuiilem, ἀκοινώντας, καὶ οὐελθεῖν. Lib. 7. Sublata mensa, πῦρ ἐστιχν, ἵστιον, κρατῆσαι, ξενοδοχεῖ, ξενιοὺς φιλανθρωπότατα, καὶ πεφτα κοινωνίατα, Ignem Vestæ, ac Diis Laribus sacram, B b b 2 focium,

focum, crateras, amicas susceptiones, hospitij ius, humeritatem tolli ait. Timocles apud Athenaeum docet, conuiuij consuetudinem commodam esse vitæ nutritiem, inedia inimicam, amicitia custodem, ἐκλύτε βελτίως, famis insatiabilis medicam. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pedag. 8. ἀγάπης γένεσις τὸ δέπτον, ἀλλ' ἡ ἀγάπης τὸ δέπτον, δέπτη μὲν ἔδυται κονσεντικός, καὶ ἐμεταθεότης. Conuiuum fieri ob caritatem, sed tamen conuiuum non esse caritatem, sed documentum benevolentiae, qua se communicat. Eustathius ad lib. 9. Odyss. περὶ αὐτῶν vocat φιλοτίου, mensam amicitia indicem. Aristoteles lib. 1. Politicor. cap. 3. Diuersitas alimenti diuersos mores facit. Cum igitur animalia quædam sint ζωφάγα, carniuora, alia καρποφάγα, fructiuora, nonnulla omnivora, παρφάγα, hinc fieri, ut alia sint ἀγάπαις, cateruatinemnia, quædam παραδηματικές, varie sparsa, leones sunt monophagi, & solitarij. Lycophron apros μονόπεις, & solitarios vocat, qui tamen vulgo sunt ἄγαπαις, & cateruarij. Veterum Christianorum ἄγαπαι post sanctam synaxim ad amicitiam validæ erant. Athenaeus lib. 5. scribit vinum habere ἐκκυστήν την περὶ φαίνειν, aliiquid, quod ad amicitiam alliciat. Ideoque instituta conuiua publica, amoris testimonio, thiasos, fratrica, orgeonica, & Carthaginensium, Italorumque syphria, Cretenium andria, Laconum fuditia, siue filitia, de quibus Aristoteles lib. 1. Politic. Atheniensium symposia in Prytaneo Thesinophoriis, Panathenæis, feriæ Latinae Romæ in monte Albano, Romanorum christia, & Germanorum, apud Tacitum lib. de moribus Germanor. Plato lib. 1. & 2. de legib. leges sympticas tradit. Periclem monopagum fuisse scribit Athenaeus lib. 1. qui semel tantum

tantum apud Eurypoleum, idque nuptiarum die comedenter. Sanctus item Chrysostomus monopagus fuit, quod ei probro datum. Athenaeus lib. 1. scribit veteres solitos solos comedere, μονοφαγῖν. Plutarchus 8. sympos. Veteres apud se soli καὶ εἰς εἴσοδον pransitarunt, cum amicis cœsitarunt. Monopagia vitio data. Antiphanes, μονοφαγῆς ἦν, οὐ βλάπτει ue. Solus iam comedis, & me ledis. Amicis plisis, εἴς οὐ παραγει μονοφάγη, οὐ τοιχούχη. Abi Morboniam, monophage, parietum effractor. Aristophanes μονοφαγῶσιν vocat hominem profundæ gulæ, qualis fuit Albinus Cæsar. Quidam sunt ἀλογοφάγοι, φιλόδεπτοι, τερεζέδεπτοι, διδυμοδεπτοῦσι, Cœnarum affecta, catillones, parasiti, aut qui semper in cauponis agunt, liguritores, quos Philo ἀνίνει, ἀνεγέρτες vocat, domo carentes, & fuso.

De varijs Conuiuijs.

C A P V T . V I I .

Conuiua fuere alia, Regia, dapsilia, quales Pontificum cœnæ, & adijciales epulæ; alia parca, frugi, philosophica. Apud Tacitum: Othoni assumpto, Neronis libertus quidam epulum plebi obtulerat. Apud Suetonium cap. 38. Iulius Cæsar adiecit epulum, at viscerationem, & post Hispaniensem victoriam duo prandia. Nam cum prius parcere, nec pro liberalitate sua præbitum iudicaret, quinto post die aliud largissimum præbuit. Lib. 3. cap. 20. prandium deinde populo mille mensis. Vide Plinium lib. 9. cap. 5. 5. lib. 14. cap. 15. Plutarchus.

tarchus in Julio scribit, epulum toti populo viginti duobus millibus tricliniorum datum fuisse. Suetonius lib. 2. Augustus Cæsar quibusdam Senatoribus excusantibus se, ius spectandi in orchestra, & epulandi publice seruauit. Senatores epulabantur publice Iouis epulo, quam cœnam Seneca vocat Diadem, idque in Capitolio, item cœna triumphali, pontificali, augurali, apud Valerium Maximum lib. 2. cap. 1. lib. 4. cap. 2. apud Gellium lib. 12. cap. 8. Linium lib. 3. 8. In vet. Gloss. epulum davorum, visceratio, æptorpus. Persius:

oleum, artocreasque popello.

Gloss. Epulatio εὐφρασία. Apud Suetonium lib. 2. cap. 98. Augustus victoribus, & nautis Alexandrinæ nauis epulum in conspectu suo præbuit, permisla, immo exæcta iocandi licentia, diripiendique pomorum, & obsoniorum, rerumque missuum. Virgilius 8. Æneid.

gramineoque viros locat ipse sedili,
Precipuumque ihoros, & villosi pelle leonis:
Accipit Æneam, solioque inuinit acerno.
Tum lecli inuenes certatim, araque Sacerdos
Viscera rosta ferunt.

Lib. 1. Æneid.

Dant famuli manibus lymphas, &c.

Liuius lib. 23. Ut sacratis de mensis essemus. Lib. 24. Volones, qui Hannoneum vicere, publico conuiuio excepti sunt à Beneuentanis. Athenæus lib. 4. οὐδέ τοι πόπλωσι δέ τοι ἡμέσας ηγάπτειν πολυτελεῖς περικοπάσιν, αὐτοῖς τε σπουδαῖς, καὶ εἰπομέναι ἀργεῖαι, πενταδά, καὶ δέλων πάνθεον εὐπρεπῶν παρίστηντες πολυτελεῖς κεκοσμηθεῖσιν, καὶ δεράπουαι μέχεις αἱ ἀνένδονται μηται διακονοῦσι. Apud Thyrrhenos bis die mensa

mensa sumptuose, & lante preparantur, & floridi lecti, & pocula argentea omnis generis, & seruorum multitudine pulcrorum adstant, vestibus magnificis, & ancilla nude, donec grandiores sint, ministrant. Eustathius: Symposia regia τῇ παρὰ οὐρανῷ βασιλέων τῆς ἀνθυπή, Regum Græci exercitus apud Homerum. ὅτι ἐν τῇ Διηπόλει τὸν τοιούτον ποιήσει, οὐ παραπορεύεται δεκαδευτος. Cretenium syssitia de publico siebant, & Pythagorica conuiua per decades. Vide Philonem de vita Theoretica pag. 614. 615. Conuiuum Indiæ Regis describit Philostratus lib. 2. de vita Apollonij. Spartanus de Seucro: Cum rogatus ad cœnam Imperatoriam palliatus venisset, qui togatus venire debuerat, togam præsidariam ipsius Imperatoris accepit. Suetonius in Julio cap. 26. In funere filiæ ea, quæ ad epulum pertinebant, quamvis macellaris oblocata, etiam domesticatum apparabat. Vitellij conuiua idem cap. 13. Vitellius, & lib. 2. cap. 76. Cœna quoque eius secretior in fabulis fuit, quæ vulgo fabulæ vocabatur, in qua Deorum, Dearumque habitu discubuisse conuiuas, & ipsum pro Apolline ornatum. Lampridius Heliogabali epulas narrat. Creticum conuiuum Athenæus lib. 4. Diaconus lib. 16. Prandia Imperatoris, quæ ex more fiunt, in decem & nouem accubitis cessare fecit Iustinianus, & earum expensas egenis tribuere. Accubitus, & Accubita sunt sigmata. Athenæus lib. 5. describit conuiuum Antiochi, vbi carnes, coronæ conuiuis datæ. Vide apud Iosephum conuiuum Assueri lib. 11. & lib. 18. cap. 11. Agrippa dedit epulum Caligula, quod Caligula æquare non potuit. Varro lib. 3. de re rustica, cœnam describit, vbi puer quoties noua fercula adserebat, ver-

sabat rotam , quæ pro mensa erat , cum aqua calida , & frigida , epitoniis versis ad vnumquicunque actum , & periagogen , sic affluat ad conuiuum . Hæc ab uno puerò vertitur , ut omnia vna ponantur , & ad bibendum , & ad edendum , & admonueantur ad omnes conuiuas . Athenæus lib . i . affert eorum exempla , qui victores populo conuiuum dederunt . Vide elegantem conuiuij formam apud eundem lib . ii . pag . 228 . 229 . Strabo pag . 107 . Lusitanorum σεπνον φειφόρταν vocat prandium , quod circumferri possit . De opiparis conuiuiis alio loco pluribus . Cœna splendida dicitur dapalis , dapsilis , dapsatica , opipara , luculenta , lanta , nitida , elegans , pollucibilis , centenaria , recta , vñcta , epularis , ganeata , gliscera , dubia , popularis , ebria , adipalis , regalis , cerealis , nocturna , pontificia , adjicitalis , saliaris , auguralis , dialis , nuptrialis , medica , Persica , Sicula , Syracusana , Sybaritica , Italica , Gallica . Seneca ad Heluiam , Caligula centies sestertio cœnauit vna die . Diodorus Siculus pag . 530 . Alexander Macedo , antequam in Persidem moueret , οὐλὺν κατανδιάσατε· ἐκατοντάκινον τεῖς δωρίαν , Cum exstruxisset tabernaculum , in quo lecti centum ad conuiuum . Hesychius , ἀλκυρέοντα φοίνικες τὰ δεῖπνα , & ἀγοραῖον τοῖς τελόναις εἰς τὴν λιμνὴν . Ancyrobola Phœnices vocarunt prandia , quis preparabant Publicanis ex lacubus . Symmachus lib . i . epist . Quid si ego cœnas dapales , & saliare conuiuum , tum viscerationes , atque epulum postulassem , tu mihi dedisses mensas secundas , & scitamenta exiguae lancis . Titinnius : Toto fit in foco mihi dapalis cœna . Libro Esther cap . i . In conuiuio Assueri κλίναι χρυσοῦ , ἡ ἀργυρᾶ δὲ λινοπότης σμικραγδίνει λιθοῖς .

Letti aurei , & argentei in pavimento strato lapide smaragdino .

De Conuiuijs parcis .

C A P V T V I I I .

C OENAS frugi , cœnas Deūm Horatius vocat , & Dionysius Halycarnasseus lib . i . Martialis :

*Hac tibi brumali gaudenia frigore rapa ,
Quæ damus , in calo Romulus esse solet .*

Seneca in ludo Claudij , Rapa cibus Deorum . Secundò , Cœna Saturnia , parabilis , & frugi . Tertiò , σεπνον ἔργης , de quo Aristophanes in Pluto , vbi Scholiares , καὶ repletar of μέτοι πεπτον δεῖπνον ἐπέρας ως δυσίαν τὴν ἔργην εἰς τετράδοις . οἱ δὲ μέντες ἄρταζον . Cœna Hecates , quam diuines Kalendis cuiusque mensis mittebant vesperæ , tamquam sacrificium Hecata ad triuia , ut diriperetur à pauperibus . Quartò , Cœna Hecates , quæ Theseum exceptit , de qua Julianus Augustus epist . ad Iamblicum . Quintò , Icci Medici Tarentini , vel luctatoris cœna , vt Ælianus lib . 11 . variarum ait . Eustathius , ἵκεν ἀπειπος διπνύεται . Sextò , Cœna philosophica , apud Athenæum lib . 5 . initio . Septimò , Musica cœna , vt Damascius Syrus in Historia de Philosophis , Θεόν μέοις , ἡ μουσική . Plutarchus sympos . 6 . de Timotheo apud Platonem . Plautus in Mostellaria , Musicè certè agetis ætatem , ita vt vos decet , vino , & vietu , piscatu probo , atque electili vitam colitis . Octauò , Cœna Platonica . Nonò , Cœna rustica . Horatio lib . 2 . Satyr . 5 . Decimò , Cœna Laconica . Plutarchus in Agi . Undecimò ,

mō, ἥνθινος δυόντα ἔστιν, canina. Gellius lib. 13.
cap. vlt. Si nihil vini est, fieri Cereri dicitur. Duq-
decimō, ἥνθινος δυόντα. Lucianus in Erotes. Plautus
in Rudente, Sal cum aceto. Decimotertiō, Cœna
Cynica Petronio:

Ipsi, qui Cynica traducunt tempora cœna.

De Conuiuijs opiparis.

C A P V T I X.

Mensas olim Regum ac Principum regio ap-
paratu exstructas fuisse non dubitabit, qui
apud Athenæum Ægyptias mensas Antiochi, &
Ptolemæi, apud Macrobius Cleopatræ legerit.
Saliates cœnas commendat Horatius, lib. 1. Ode 31.

*Nunc saliaribus ornare puluinar Deorum
Tempus erat dapibus sodales.*

Dē cerealibus cœnis Plautus in Menæchmis,
Cereales cœnas dat, ita mensas exstruit,
Tantas struices concinnat Patinarias.

Capitolinas Martialis deprædicat,
Non Albana mibi sit commissatio tanti,
Nec Capitoline, Pontificumq; dapes.

Cœnas nuptiales Apuleius Milesia 6. Natalitias
Plautus in Persa. Cicero 2. Philip. Antonius dat
natalitia in hortis. Siculus Horatius,

*Non Sicule dapes
Dulcem elaborarint saporem.*

Lucullus ex temporali cœna μειάδες πύρε, quin-
que scutatorum præter propter millia insumpsum, narrante Plutarcho, cùm Pompeius & Cicero im-
paratum,

paratum, nec opinantem visissent. μειάδες πύρε
σπαχθεῖ intellige. Tertullianus lib. de Pallio ostendit cœnas exstrui solitas murænis, mulis, paonibus, altilibus, gallinis, phasianis, gallinis, Numidicis, linguis pretiosarum auium. Vediūs Pollio, seruos murænis inuadendos obiebat, noua scilicet sauitia delectatus teneræ bestiæ edentulæ, & exunguis, & excornis. De piscibus placuit feras cogere vtique statim cœquendis, vt in visceribus earum aliquid de seruorum suorum corporibus, & ipse degustaret. Præcidam gulam qua Hortensius orator primus pauum cibi caussa potuit occidere, qua Aufidius lurco primus sagina corpora vitiauit, & coactis alimentis in adulterinum prouexit saporem, qua Asinius Celer muli vnius obsonium sex millibus h s. detulit, qua Æsopus histrio ex auibus eiusdem pretiositatis canoris, & loquacibus quibꝫque, sexcentum millium patinam confiscauit, filius eius margarita vel ipso nomine pretiosa dehausit. Æsopo Tragœdo patina vna 15. scutatorum millibus stetit, vt scribit Plinius lib. 10. cap. 51. Patina sexcentis festertiis ta-
xata, in qua posuit aues cantu aliquo, aut humano sermone vocales millibus 6. singulas coëmptas. Idem lib. 9. cap. 35. de vnione illo Cleopatræ centies h s. id est, scutatorum 250. millibus æstimato. Prior id fecerat Romæ in vnoniibus magnæ taxationis Clodius Tragœdi Æsopi filius, vt experiri-
etur in gloria palati quid saperent margaritæ. Vnionem quem ipse absorbuit decies h s. id est, 25. scutatorum millibus æstimatum scribit Horatius lib. 2. Satyr. 3.

Filius Æsopi detractam ex aure Metella,

Scilicet

*Scilicet ut decies solidum absorberet, aceto
Diluit insignem baccam.*

Apud Senecam *lib. de consolat. ad Albinam cap. 10.* Apicius &c. millies in culinam congesit, id est, ut hodie rationem putamus, duos milliones & 500. aureos. Singula ientacula aut prandia, aut cœnas aut comedationes quæ Vitellio ab amicis darentur, quadringenis millibus constitisse scribit Suetonius, id est, 12. millibus scutatorum. Apud Pliniūm *lib. 35. cap. 12.* Patina Vitellij, quæ clypeus Mineruæ Poliuchæ dicta, decies &c. fuit, id est, 25. millibus aureorum nostratium constitit. Ea patina primo fictilis, deinde argentea facta, donec ab Hadriano conflata est. Caligula centies &c. cœnauit uno die, ut Seneca *lib. de consolat. ad Albinam cap. 9.* id est, ducentis 50. scutatorum millibus. Mulus vnum quinque sestertiis à P. Octauiō emptus est apud eundem epist. 96. id est, 125. aureis nostratibus. Asinius Celer 8. millibus nummum, id est, 200. scutatis mulum mercatus est apud Pliniūm *lib. 9. cap. 17.* Tres mulos 30. millibus nummum venisse. id est, scutatis 1300. grauter Tibérius conquestus est apud Suetonium. Aetate Lucilij singula ostrea mille nummis empta. Lucilius: His itidem in cœna ostrea mille nummis empta. Persicis pomis singulis triceni nummi pretium fuere, id est, nouem denarij apud Pliniūm *lib. 15. cap. 12.* Poma Romæ in sacra via auro contra venibant. Varro vocat poma conditiua *lib. 1. de re rust. cap. 59.* assertiabantur in oporothecis ruri vel domi. Antonij expensæ in cœnam solitæ conferri, sola vñionis à Cleopatra vxore consumpti, estimatione superatae sunt. Nam cum Antonius quicquid

quicquid mari, aut terra, aut etiam cœlo gignetur ad satiandam ingluuiem suam natum existimans faucibus ac dentibus suis subderet, eaque re captus, de Romano imperio facere vellet Ægyptium regnum, Cleopatra vxori quæ vinci ab Romanis nec luxuria dignaretur, sponsione prouocauit insumere posse in vnam cœnam &c. centies. Id Antonio mirum vñsum. Nec moratus sponsione contendit digna sculna Munatij Planci, qui tam honesti certaminis arbiter electus esset, ait Macrobius *lib. 3. cap. 17.* *Saturn.* Apud Gellium *lib. 20. cap. 20.* Sculna dicitur quasi seculna, id est, sequester, quod eius fidem vtraque pars quæ sponsiones fecisset sequeretur. Apud Athenæum *lib. 14.* Cleopatra in Cilicia obuiam facta Antonio regium conuiuium apparauit in quo vasa omnia aurea, & gemmata fuerunt singulari artificio elaborata, purpureisque, & auro intextis aulæis tecti parietes, triclinia 12. lectis strata, &c. Quarta die rosas emit talento & ad profundam altitudinem sterni rosis pavimentum iussit. Ducibus Antonij singulis lectum in quo accubuerant, & pocula vt in mensas diuisa fuerant dedit, & auferre domum permisit. Digressuris si qui antecederent dignitate lecticas cum lectoricaris seruis, plurimis equos argenteis phaleris ornatos, omnibus Æthiopicos pueros qui faces præferrent præbuit. Tertullianus *lib. de Pallio,* mensas, Ciceronianas, & lances pretiosissimas Sullanæ notat. Vide Athenæum *lib. 4. & 5.* in conuiuio Antiochi. Statius *lib. 4. Sylvæ.* de coena Domitiani,

Regia Sidonia conuiua laudat Elisse

Qui magnum Æneam laurentibus intulit aruis,

Alici

*Alcinoique dapes mansuro carmine monstrat,
Æquore qui lenio reducem consumpsit Flysem.*

— *Medis vndeor discubere in astris*

*Cum Iose, & Iliaca porrectum sumere dextra
Immortale merum.*

*Hic cum Romuleos Proceres, trabe. ut àque Cesar
Agmina, mille simul insit discubere mensis,
Ipfa sinus accincta Ceres, Bacchusque laborant
Sufficer.*

Cibi quidam fuere, quos Imperatores in deliciis habuerunt. Hadriatus inter cibos vnicè amabat tetrapharmacum, quod erat de phasiano, sumine, perna, & crustulo. In Ælio verò dicitur pentapharmacum, & quinque species nominantur, phasianus, pauc, perna, crustulata, & aprugna. Perna crustulata erat è perna, & crustulo. Apud Plinium, Censoris legibus interdicta cœnis abdominalia, glandia, testiculi, vulvæ, syncipitia verrina. *Lib. 8. cap. 2.* Apud Capitolinum Heliogabalus cœnas Apicij, & Vitellij vicit. Pisces ex viuariis suis bus traxit. Dulciarios, & lactarios tales habuit, vt quæcumque coqui de diuersis edulibus exhibuissent, vel structores, vel pomatijs, illi modò de dulciariis, in modò de lactariis exhiberent. De croco sigma strauit. Donauit omne argentum coniuuiis, quod habuit in conuiuio, & omnem apparatus poculorum. Murenarum lactibus, & luporum in locis mediterraneis rusticis pauit; pisces semper cum marina aqua cum colore suo coctos conditura Veneta comedit. Apud Vopiscum, Catinus centum libras auium, centum piscium, mille diuersæ carnis in conuiuio suo frequenter exhibuit, vini plurimum effudit. Antoninus Geta pran-

dia

dia per singulas literas iussit scientibus servis, velut in quo erat anter, aprugna, anas, item pullus, perdix, paus, porcellus, piceis, petra. Petronius in Satyrico Neronis coniuuium graphie pinxit. Tandem discubuimus, pueuis Alexandrinis aquam in manus minatam infundentibus, aliftque inse-quentibus ad pedes, ac paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus. Allata est tum gustatio valde laeta. In promulgatorio afellus erat Corinthius cum bisaccio positus, qui habebat olivas in altera parte albas, in altera nigras. Tegebant afellum duæ lances, & ponticuli etiam ferruminati sustinebant glires melle, & papuere sparsos. Fuerunt & tomacula supra craticulam feruentia argenteam posita, infra craticulam Syriaca pruna, cum granis Punici mali. Gustantibus adhuc nobis repositoriū allatum est cum corbe, in qua gallina erat lignea, patentibus in orbem alis, quales esse solent quæ incumbunt oua. Accessere continuò duo ferui, & symphonia strepenti scintari paleam cœperunt, crutaque subinde pauonina oua diuisere consuevit. Hic nescio quid boni debet esse, perse-
quutus putamen manu pinguisimam ficedulam inueni piperato vitello piperatam. Vide, si tanti est, quæ nos olim de conuiuīs Imperatorum seri-
pisimus *lib. 2.* de Imperatore Romano.

De varijs Cœnis.

C A P V T X.

REcta cœna dicta dapsilis. Suetonio in Au-
gusto cap. 70. Conuiuabatur assidue, nec vn-
quani

quam nisi recta. In *Vespasiano cap. 19.* Coniuicibus assidue, ac sibi recte, ac dapsile. Seneca epist. 123. Iste, qui recte vivunt. Epist. 111. Vivere sine recto apparatu. *Martialis lib. 8. epigr. 50.*

Promissa est nobis sportula, recta data est.

Quia olim clientes à patronis recta cœna excipiebantur, quæ fuit dapsilis, & luculenta, postea in locum recta cœna successit sportula, quum reliquæ cœnae sportula in culinam libertis, & seruis alendis deferrentur. Denique loco sportulæ clientibus, & libertis dati centum quadrantes. *Martialis:*

Centum miselli iam valete quadrantes.

Idem lib. 2. epist. 69. cœnam rectam commemorat. Domitianus sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine, ait Suetonius in *Domitiano cap. 7.* Cœna Serapicæ meminit Tertullianus in *Apologet. cap. 39.* Cœna adipalis dicitur Macrobius lib. 3. *Saturnal. cap. 13.* Cœna aduentoria, seu aduentitia dabatur amicis aduentantibus, apud Suetonium in *Vitellio cap. 13.* eaque fuit adipalis, & lauta, de qua Plautus in *Trucn. act. 1. scena 2.* Cœna adjicitalis, Pontificia, auguralis, adipalis eadem fuit apud Varronem lib. 3. de re rustica, cap. 6. Plinium lib. 29. cap. 20. & 41. Cicerone lib. 7. epist. ad famil. Horatium lib. 2. Ode 14.

Mero, Pontificum potiore cœnis.

Cœna Apicianæ, Martiali lib. 3. epigr. 23. Vitellianæ Suetonio. Centenariæ, in quibus centusses, id est, centum asses, expendebantur. Tertullianus in *Apologet. cap. 6.* Cereales cœnae Plauto in *Menach. act. 1. scena 1.* Cœna dubia Terentio in *Phormione.* Ut tu dubites, quid sumas potissimum. Horatius.

videt

— vides ut pallidus omnis
Cœna desurgat dubia.

Exequialis cœna, feralis, silicernium sine lucernis, *seimov ingens.* Nouendialis cœna. Iulius obsequens lib. 3. de *Prodigijs.* Cap. Valerio Maximo, & Herennio Coss. in sacro nouendiali cœna posita. Cœna popularis Plaut. in *Trinummo Act. 2. scena 4.* Polluctum significat cœnam luculentam. Plautus in *Rudente, sub finem*, ni datus nihil sum, neque sit quidquam pollucti domi. Varro lib. 4. de *ling. Lat.* Polluccere à porrificendo. Cum enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in ara tunc polluctum. Vnde pollucibiliter coenare. Vide Plutarch. in *Romaic. Problem. 17.* Plinium lib. 32. cap. 2. Liuium lib. 5. Macrobius lib. 7. cap. 12. Maiores soliti decunam Herculi vouere, nec decem dies intermittere quin pollucerent populum, id est, viritim aliquid populo largirentur. Plautus in *Mostellaria* pollucibiliter dixit. Apud eundem ancillæ negat se polluctam pago. In *Rudente,*

Non ego sum pollucta pago.

Catillones dicti qui ad polluctum Herculis vltimi cum venirent Catillos liguriebant, ut ait Macrobius lib. 7. *Saturn. cap. 16.*

*De Cœnis parciis.***C A P V T X I.**

COENæ parcae terrestres dictæ ex oleribus structæ Plauto in *Captinis. seimov avauor, sine sanguine, & carne.* Seneca epist. 18. Timonias cœnas

Cccc vocat

vocat *ἀπίτης*, quia nihil igne coctum. Arcadicæ cœnæ apud Athenæum lib. 4. cap. 8. *ἄτερτης, parca;* in qua *μόλις* tantum, & suilla. Romæ cœna pura est frugalis. Festus: In cœnis puris offa penita dicebatur offa porcina cum cauda. Apuleius *sub finem suis Asclepij*, cœnam puram vocat *ἀγαπατον*, ex herbis, & pomis. Ita & Philo Iudæus lib. de vita contemplat. cœnas Iudæis ait fuisse puras ab animalibus. Tertullianus lib. in *Marcionem* cap. 4. Observatis cœnas puras, & dies magnos. Lib. de pœnit. cap. 9. Pastuim, & potum pura nōsse non ventris, sed animæ causa. Xerophagias intelligit. Clemens lib. 5. constitut. cap. 19. & 21. & Augustinus tractat in *Ieom.* Panis Iudæorum erat azymus, ut ægrè concoqueretur in stomacho. Caninum prandium Varro in *Menippea*, apud Gellium lib. 13. cap. vlt. sine vino fuit, à quo abhorrent canes. Paulus *Ægineta* lib. 6. cap. 2. ophthalmiam ait curari cœna canina. Apud Plautum, æstiue viaticari, & leui cibo defungi. Valde æstiue viaticati sumus. Diphilus: *δεῖπνον, ἀλλ' οὐδὲ αἴμα ἔχει.* Prandium sine sanguine. Horatius:

— sine sanguine cœna.

De mediocribus Conuiuijs.

C A P V T X I I .

Mediocria conuiua voco, quibus modus vel lege, vel consuetudine positus est. Athenæus lib. 4. negat moris fuisse in Græcia, ut conuiuij sumptus talentum superaret. Menander rem acut.

acu attigit:

*αὐλίπτεις, ἡ μῆση, ἡ ψυλτεῖς
πάτης, τὸ θάσιον, ἐμέλιτις, πυρὸς, μέλι,
μικρὸς τάλαντον καὶ εὖ λόγον.*

Tibicinas & unguentum, & pſaltrias istas, vinum Thasiūm, anguillas, cæſum, mel; si rationem ponas, talentum, aut paulo minus fiet. Erant (opinor) olim homines valentiores, qui plurimum biberent, comedenter. Hodie minus ad conficiendos cibos est virium. Vidi tamen in Italia militem hominem Gallum, qui cum domi viueret, paucis erat contentus, quum alieno sumptu, perdicem, gallinam, lepusculum, vitulum comedere, quadraginta vini cyathos sine noxa biberet, & rebus gerendis superesset. Vrticæ, & scandix, *ἀκρίνφη*, mendicorum erant, *ἱλαῖαι* oleæ pauperum. Plutarchus de *præceptis sanis*. μή τε φάκης λοπάδει αὐξών ἀει, μηδὲ πάντας *ἰστιγαῖναν* τὴν καρδιάνδια, ἡ τὰς ἱλαῖαν δὴ τὸ δρῦον, ἡ τὸ ιχθὺν, εἰς σάτου ἐπι πληρωμῶν τὸ σῶμα ἡ ταραχεῖς ἐμβαλλεῖς ἡ διάφοραν. Ne patinam ante lentem semper angeas, nére omnino nasturcium, & oleum supergressus, accedēnsque ad Thrium edulium ex lacte, semidalide, & adipe suillo, in seditionem, fluxum, & turbas corpus ex nimia repletione iniicias. Chrysippus, μή ποτ' ἱλαῖαν ἔδει, *ἀκρύνφη* ἔχων χειμῶν *οὐ* ὥρη, Ne unquam olinam per hyemem comedere, si vriticam habes. Conuiuiis Græcorum foeminae ingenuæ sæpe intererant. Athenæus lib. 8. Nicocreontis vxor Cypri tyranni Biothea ingressa cum ancilla delicata in conuiuium, μή παντούς ἄλεις εἰσὶν εἰς τὸ πιον. Cornelius Nepos, & Cicero in Verrem, more Græco foeminas honestas ad epulum vitorum venisse negant. Existimem eos plus comedere, &

minus ex cibo laborare, qui bibendæ aquæ insuetint. Id hodie experimentur in Hispanis, Lusitanis, Aftis, Numidis, Persis, & aliis gentibus, apud quas vulgo aquæ potus in usu. In Germania, Flandria plus vini bibunt, minus cibis se onerant. Et reuerà vinum cibi voluptatem, & orexim imminuit. Se necæ Timonia cœna dicitur solitaria. Prandium passerinum Pomponio, λεπτὴ εἰσοροφία. Simplex cœna militaris. Vide Eustathium ad lib. 2. Iliadis, pag. 185. Cœna Horatij mediocerrima fuit. Satyr. 6. lib. 1.

— domum me

Ad porri, & ciceris refero, laganique catinum.

Cœna ministratur pueris tribus, & lapis albus

Pocula cum cyatho duo sustinet. Astat echinus

Vitis cum patera guttus, campana supellex.

De Conuiuijs sordidis, aut luculentis.

C A P V T X I I I .

Sordidum conuiuum describit Cicero in Pisone, Toreuma nullum (in conuiuo Pisonis) maximi calices (quod non fuit hominis elegantis, & frugi) exstructa mensa non conchylis, aut piscibus, sed multa carne subrancida. Serui sordidati ministrant, nonnulli etiam senes, idem coquus, idem atriensis, pistor domi nullus, nulla cella, panis, & vinum à propola, & de cupa. Græci stipati quasi in lectulis. Vbi galli cantum audiuit, auum suum reuixisse putat, mensam tolli iubet. Theophrastus in charactere impudentis, μηκελόγος ἀκάρχος ἡ ἀρτέμιδος τῆς ουδετερού πον. ἀρ-

ad' Ies.

λέπτη φίλα ἔρων συλλέγοντες περιειδήμενοι ἀποργάνως εὖ τὸ οὐκανθαρόδιθια. Pusillanimis paullum aliquid pro primitiis conuiuarum dicat Diana. Illiberalis amico symbolam colligente ad prandium subodoratus ex via deflectens domum abit. Athenæus lib. 12. Syrorum οὐδείμα, conuiua dicuntur χαρακτέα, publica cœnacula. Vbi Syri accumbebant, & totum diem tibicine canente ad strepitum hirundinis stridulæ transigebant, καταλέγοντος τεσσάρων ζελιδύνων πολυκρότα θάφον Διηγέρδον. Lautum prandium commemorat Cicero s. Tysclana. Dionysius collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili, magnificis operibus picto, abacōisque complures ornauit argento, auróque cælato, tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere, eosque ad natum illius intuentes diligenter ministrare. Adērant vnguenta, corona, incendebantur odores, mensa conquistissimis epulis extruebantur, &c. De eodem Horatius:

*Districtus ensis cui super impia
Ceruice pendet, non Sicula dapes
Dulcem elaborarint saporem.*

De puerorum Cœna.

C A P V T X I V .

DVeris fuere ientacula, prandia, merenda, cœna, sed vt & hodiéque pueris nostris planè æstuæ, pane sicco, lautioribus cum buryro, & melle, sæpe sine potu. Laconum pueris parca ientacula,

Cccc 3

tacula, nisi forte aliquid è penu summanarent, vt corpora leui, & frequenti cibo facilius adolescerent. Martialis:

Surgite, iam vendit pueris ientacula pistor.

De Christo Domino dictum: Butyrum, & mel comedet. Crustula pueris data, vt libentiūs aliquid condiscerent. Certè mos Laconum, & Romanorum fuit, liberos suos etiam pueros mensæ socios adhibere, sed in sponda, vel in imo subsellio, vt exemplo patrum temperantiam disserent. Plutarchus in Romaic. cap. 32. ἐν τοις παιδίοις ἔξω χρεῖς οὐ μόνον τὴν τέλειαν παιδικῶν λατεῖαν ἀρχόντων. Lycurgus, τὸν πῦρον τοῖς φιλοποιοῖς εἰσήγαγε, induxit pueros in Phiditia. Quæ cœnæ virorum fuere. Romæ mos habebatur, Principum liberos cum ceteris idem astatatis nobilibus propria, & parciore mensa sedentes vesci in aspectu propinquorum, ait Tacitus lib. 12. Neque Augustus cœnauit cum liberis, nisi in imo lecto assiderent, ait Suetonius lib. 2. cap. 64. Claudius adhibebat omni cœnæ liberos suos cum pueris, puellulisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur, narrante Suetonio lib. 5. cap. 32.

De Graecorum Conuiuijs.

C A P V T X V.

Festa olim plura Graecis fuere, in quibus se generaliter exciperent, Phagisia, Phageposia, quod comedenter, & pollucibiliter biberent, ait Athenaeus lib. 7. Lageniforia dicta est à lagenoforia, in qua

qua singuli quæ intulerint comedunt in accubitis, aut storeis accumbentes ex sua quisque lagena bibebat, τὰ κομιδέντα ἕκαστος δειπνός κατακλιθεύεται στάδιον, ὡς ἵδιας ἔκαστος λαζίων πίνεται. Mutatio Gellij dicitur συμφερόν, quum per vices se conuiuio excipiunt, Galli nostri dicunt, *Donner le bouquet.* συμφερόντος ἀνίστας ἔνειν, ὡς φιλοσοφίας. Mutare, ut animum remittas, & gratis sermonibus pascas. Pandesia, mensa opipara, omne genus cibis referta, vel in πάνους αἰδηποτοις ἴδοντι παρέχεται ἀναχέι. Cœna, que sensibus omnibus voluptatem prabet. Athenaeus lib. 5. & 12. φυλετικὴ item in Graecis epulæ, per tribus, vt olim Δημοποτὶ δεῖπνα, populares epulae. Athenis tribuum conuiuatores alij spontanei, alij sorte capti, οἱ φυλῶν ἐστάτοπες ἄλλοι ἐδέλοντο, ἄλλοι ἐκληρώτοι. Olim Romæ dabatur vilceratio populo à viris nobilibus in gentilitio funere, vel ab iis, qui Herculi decumas pollucerent, vel ab editribus ludorum, vt à Iulio Cæsare, & à Caligula, vel à victoribus in triumphis. Thiasi & ὁρμωνικὰ δεῖπνα, conuiinia in orgiis. Propria erant collegiis ad peculiarem Dei alicuius cultum. Diogenistæ, Antipatri, Panætij dicti, qui stato anni dic Diogenis, Antipatri, Panætij memoriam celebrabant. Diem Epicuro sacrum agitabant Icadistæ, non Epicurei. Athenis summus Prytanis eum suis collegis moderata, & vrbi salutaria conuiuia quotidie agitabant, συνεδίπτεντο διαμέραι of τοῖς πρύτανοι σώμασι, ὡς σωτηρια τῷ πόλεων συδεῖπνα. Sarissæ sunt conuiuia sacrorum caussa fieri solita. Ion, Sarissæ ἀγάκτον, conuiinia castorum.

De alijs Græcorum Conuiuijs.

C A P V T X V I .

ERANT penè vbique gentium natalitia conuiua, cùm infans patri natus esset. Athenis etiam Amphidromia, de quibus Ephippus, Ge-
ryon,

— ἐπειτα τὸς;
 ἐ σέφανΘ, ἀδ' οὐς ἔστι περὶ μέσης τῆς θυρῶν,
 ἐ καὶ οὐς κρής πέντε ἑρποχάς ἄκρας,
 ἀμφισθριαν σύτων, ἐν οἷς νομίζεται
 ὅπλαν τε πυράς χερρονιστὰς τόμες,
 ἔψειν τε ἐλαῖων ράφανον ἡγαλοιδίην,
 πήγειν τε παχέαν ἄρνιον σιδηνία,
 πίλλειν τε φάτης, ἢ κίχλας δικτὺς απίνοις,
 κοιτὴν τε χωμάτην τελεῖον σπιτίδας,
 πλεῖν τε πολλὰς πλεκτάνας ὀπίστρεψάς,
 πνεῖν τε πολλὰς κύλικας ὀπίστρεψάς.

Deinde quid hoc rei est? Ne vna quidem corona est pro foribus, non nidor pulsat natum summum verticem, cùm sint Amphidromia, in quibus moris segmenta casei Chersonitæ torrere, & coquere cum oleo raphanum splendentem, & pectuscula agnorum pinguium suffocare, & vellicare palumbes turdos, ac spinos, & deglutire communiter teuthidas cum sepiis, & densare multos cirros conuersos, & bibere plutes calices meraciores. Etymologicum: Amphidromia festum erat Athenis, quo ἔκκρυψίς ἄρτων ὀπλούσιών ἦν τοῖς εἰδίαις ὀπίστρεψάς. τὸ δὲ ἀντὸν ποιεῖται μὲν ἀπόστολος εἰς τὰ Βρέφη, τοῦτο δὲ εἰδίαις ὀπίστρεψάς. Pane Encryphia tosto in foco, per domum

domum discurrunt cum multo apparatu erga infantes, quos circa focum circumferunt. Vide Hesychium. Iason Pheræus apud Polyænum lib. 6. Quum sibi filius natus esset, & nomen indendum puer, Thessalos præcipua nobilitatis vocavit, & fratrem conuiuio præposuit, πατέρις γνωσθεῖσθαι ἀπὸ μέλλοντος ὄνομα περέναι, τοὺς ἀρίστους τὴν θετταλῶν καλέσας, περιελεγεν τὸ ἀδελφὸν περιστῆναι τὸν καυθόρησ. Athenien-
ses Anthesteriis se splendidè excipiebant. Anthesterionem vulgo Nouembrem mensem esse vol-
lunt, ἀπὸ τῆς σερήνετος εἰδέσσοντο, Philostratus vernum
mensem, quo dolia aperiebantur, dicebatūrque
περιστρέψαντες νιδεκimo die mensis, vt ait Plutarchus
sympof. 3. Duodecimo die χρόνος erant, decimotertio
Chytri, toto illo triduo pergrætabantur. Plutar-
chus *sympof. 9.* scribit Chæronenses vinum nouum
non degustare solitos, nisi exacta hyeme mense
Anthesterione Pythœgiis Dionysij festo, qui &
ἀγαθὸς Διόνυσος, bonus Daemon. Proclus ad Hesiodum lib. 1. Pythœgiis ἐτοῖς οἰκεῖτων, ἐπειτα μισθωτὸν ἐργεῖν
τὸ ἀπολογίσεως τὸ σίνε δεπτὸν ἦν, ἀλλὰ δύστατας πάσι
μεταδιδόντες τῷ λόρε τῷ διονύσῳ. Nefas fruit, seruum, aut
mercenarium prohibere potu viini, sed re dinina facta
omnibus Bacchi dona communicabantur. Pueri trimi
floribus coronati ad crateras statuebantur, ait Philostratus in *Aiace Telamonio.* Scholiaestes Aristophani
ad *Acharnam.* monet per festum Choum, singulis
conuiuis seorsim appositum choa, vnde
quisque biberet. Qui mos ortus sit à Pandione,
cùm Orestem matricidam epulo excepisset; ne
contactū eius macularentur. Vide Athenæum
lib. 10. & 12. & 7. Eo festo præmium positum ei,
qui plus aliis bibisset, ait Alianus lib. 2. var. cap. 41.

Aristophanes Acharnian.

ἀκέστε λεω καὶ τὰ πάτερα τὰς χόες
πίνειν νέσος τὸ σύλπτην θεόν. ἐστὶν αὐτὸν εὐπάτη
τελφῆνος ἀπὸν κτητοφόρον λήψεον.

Audite populi, ait præco, more patrio congius ebibendus est ad tubæ sonum, quem qui primus ebiberit, Ctesiphontis vtrem accipiet, cui insilens babit, & corona ex foliis texta coronabitur, vt Scholiaestes Aristophanis ibi, & Suidas in *Vocabulario*, εἰς τὸ χρᾶν. Chytris verò ollam ponebant omni seminum genere refertam, qui ex diluvio euassissent, neque ex ea quicquam gustabant, vt Scholiaestes Aristophanis ait. Penè ludis omnibus Athenis publicè epulabantur, vnde prima dies Apaturiōrum dicta Αρπτα, & conuiualis. Suidas in voce *Apaturia*, οἱ φράτορες ὁμέλεις ουκελθόντες διωχθῶται, Tribunes vespere conueniebant ad cœnam. Sed & tribulibus nuptura epulum dabat. Harpocratior, τὴν γαμήλιαν τοῖς φράτορος διὰ γάμους διεδρόμει. Hesychius, γαμήλια φέρνει εἰς γάμον, ὁ δεῖπνον ὃ τοῖς φράτορος ἐποίει ὁ γαμήλιος. Dies, qua id factum, dicta Cureotis, καρεῶπος. Fuit & apud Argiuos celebritas, in qua publicè epulabantur. Parthenius Erotico 13. καὶ πνοῦ ἕρτης παρ' ἄρχειοις τελειώνει, εἰς τὸ διημοσίᾳ πάντες διωχθῶται. Viri principes natalitiis suis epulum dabant. Plato in *Alcibiade* I. scribit, nato filio Regi Persarum, qui hæres regni futurus sit, totam Asiam διένει, ἡ ἕρταί τε. Julianus in *Misopogone*, ἡ γνίθιλια μὲν τὸ ίσταν, ικανῶς ὁ δεῖπνος δεῖπνον, ἡ σείσον, διὰ πολυτελῆ τράπεζαν τὰς φίλας φέρειαν. Natalitia quis epulo celebrans abunde preparat ientaculum, & prandium, mensa laeta excipiens amicos. Φιέσια, conuiua siebant in honorem mortui.

mortui. Φιέσια in honorem viui, vt Ammonius lib. de differ. voc. Theodoreretus lib. 7. Θεραπεῖται. Cum festis, & celebritatibus δημοσιονιας, & publicas epulas coniungit, de Diis loquens, τὰς τοις ἡ ἔρτας καὶ μαντυρίας τὸ δημοσιονια διητελεῖν. Pausanias in *Messeniacis*, Quum Lacones festum Dioscuris agerent, ἡ ἥδη πότερον ἡ πατέλας τετραμένων, & iam ad conuiua, & lusum se conuerterent. Apud Argiuos Hecatombea Iunoni celebrata, quibus ἔργον βεβίσουσι τὴν δεῖπνον, ait Scholiaestes Pindari ad *Olymp.* 7. Nunquam δινίκια, & victoriæ celebritatem sine visceratione agitabant. Polyænus lib. 5. Carthaginensisibus victimis διάνυκια, τὸς διεπόλεις διὰ τὸν ἔργον εἰσάγεσθαι. οὐ μὲν μεγαλοφερπτὸς οὐ δηλικόντων ἔργον. Demosthenes dixit, τὰ δινίκια ἔστιν, *victoria conuiinium celebrare*. Ermæa festa sacra Mercurio, quibus epulis, & libidini operabantur, quod Græcis exprobrat Diogenes Cynicus, ἐν τῷ γυμνασίῳ ἔταν ἢ τὰ καλέμια φίλια ἔστιντε, πίνετε, μεδίνετε, συνοικιας περιείνετε. In omnibus perugiliis comediations, epulae, stupra, vt Diogenes Laërtius in *Xenocrate*, & passim Comici. Cretæ per Hermæa domini ministrabant seruis epulantibus, vt Athenæus lib. 14. Sacrificia raro, aut nunquam celebabantur sine epulo, ad quod victimarum carnes adhibebantur. Polyænus lib. 2. ἔργον διαβήσια διέπυκτε τοῖς φίλοις τὰς μερίδας ἀπὸ τοῦ ἵερον. Ob faustum nuncium victimas cecidit, εἰς quibus partes misit ad amicos. Aristophanes *Equitibus*:

διὰ συμφορᾶς ἀρδεῖσθαι ἐπιφρεμένος
διαβήσια διένει ἔργον βεβίσει τὴν δεῖπνον.

Centum boues cædere Deæ ob fausta nunciata. Xenophon lib. 1. ἀνα. Agesilaus ἔδει τὰ διαγράμματα,

καὶ ἡ τοῖς σπενάτους παρήσθελε διηπνωτοῖς. Sacrificauit ob bonum nuncium, & milues iussit epulari. Achilles Tatius lib. 6. Ἡ ἐπέτειος οἰεψηνία, καὶ μεσηντων πάντα μεστό. ὅτε ἡ δὲ ὄλη νυκτὸς πλὴν ἀγορῶν κατέτηξε μῆνος ἀνθρώπων. Erat festum Dianæ Ephesiæ, & ebriis omnia plena. Quare in foro plerique pernoctarunt. Athenis Panathenæis minoribus equestri Lampadario, Gymnico, & Musico certaminibus victores epulum sodalibus suis exhibebant, ut Athenæus lib. 4. Phocas victor erat φιλοπότερος, & bibax, Phocion pater eius εἰγία τὸς ἑταροῦς, λαμπρὰ δὲ ἦν θεωρία, καὶ τοῖς εἰσόσι τρεπόμενοι ποδονήπες οὐκεὶ δὲ ἀρωμάτων. Epulo socios excipiebat, splendidus erat apparatus, & intrantibus offerebantur pelues vino aromatico plena lanandas pedibus. Ad sacra, quæ tum facta, omnes urbes Atticæ, & coloniae boues mittebant. Ibi pocula visitata, magna illa, quæ congios binos, aut amplius caperent. Athenæus lib. 11. Πῶν Ἡ ὁνίχνοι οὐκοι, καὶ ουδέστεροι τῶν μέχει δικοπίλων, καὶ παναθηναϊκὰ μέντη, τὰ δὲ δέχα, τὰ δὲ καὶ μείζονα. Aristophanes in Nubibus:

Ἴδι ζῷοι παναθηναϊκοὶ ἔμπλεοι,
Insculo iam in Panathenæis repletus.

De Thargeliis Parthenius Erotico 9. τοῖς μαλισσοῖς ἕρπῃ μὲν τείχεις ἡμέρας θαυμάλια ἐποίει, εὐ δὲ πολιώτερον εἰσφορεῖται, καὶ τὰ μετέργα ἄξια καταναλίσκεται. Milesijs celebritas post tertiam diem venit, in qua multo vino madent, & magnos sumptus faciunt. Thermia festum Αἰτολορυμ fuit apud Thermos urbem Αἴτοις, ubi conuentus, mercatum, festa, coniuuija, comitia celebrabant magnifico apparatu. Polybius lib. 5. ἔκαστοι τὰς θεωρίας, καὶ οὐ πάντα

θεωρίας τὰ πολυτελέστα τῷ εὐ τοῖς βίοις κατέχοντων εἰς τέτοι ἀπεπένθετο τὸ τόπον. Hilariis matris Deum, & ludis Apollinaribus, & Louis epulo, & Saturnalibus, & huiusmodi festis diebus Alexander Seuerus genio indulgebat, apud Latnpridium. Sed de his talibus plus iusto diximus, ad institutum redeamus.

De legibus sumptuarijs.

C A P V T X V I I .

Romanis per initia frugi fuere, &c parcimoniam studiosi, quam legibus sanxerant. Megalensibus Principes ciuitatis iurare soliti, cum mutarent apud Consules, conceptis verbis, non amplius in singulas cœnas sumptus esse facturos, quam centenos, vicenosque æris, præter olus, & far, & vinum, neque vino alienigena, sed patro vñuros, apud Gellium lib. 2. cap. 24. Prima lex sumptuaria Orchia, secunda Fannia centussis, ut Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 17. Tertullianus in Apologet. Leges sumptum comprimentes centum æra non amplius in cœnam subscribi iubebant. Nequid voluctum præter vnam gallinam, quæ non esset altilis, apponetur, ut patentibus ianuis pransitaretur, & cœnitaretur, neve singulis diebus præterquam Saturnalibus, & Romanis, vel plebeis ludis plures denis assibus impenderentur. Festus centenarias cœnas vocat. Plinius lib. 10. cap. 50. Athenæus lib. 6. sub finem. Tertia lex Didia, quarta Licinia, quinta Cornelia, sexta Lepidi, septima Antia.

Antia. Vide Gellium lib. 2. cap. 24. Plinium lib. 14. cap. 14. lib. 8. cap. 17. Portunianus leges sumptuarias vocat valuifragas, valuipatas. Cicero lib. 7. epist. ad Gallum: Lex sumptuaria, quæ *λιπότητα* attulit, mihi fraudi fuit. Nam dum volunt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos, heluellos, herbas omnes ita condunt, ut nihil esse possit suauius in coena augurali. Lib. 9. ad familiar. Domum si habebo, in denos, dies singulos sumptuariæ legis conferam. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. In publico viri maximi prandere, & coenare soliti.

De Conuiuio instruendo.

C A P V T X V I I I .

LAtini dixerunt conuiuari, conuiuium instruere, parare, exornare, cœnulas facere, instaurare epulas, prandium accurarier, conuiuium agitare. Ennius *Satyr.* lib. 1. Magno hercle suo malo conuiuat sine modo. Epulari splendidè. Homerus, *Δῆμος πένθες, τάλαρες, δόρπα πονέας, κορυτεῖ, ἐντυλαδεῖ.* Ut epulum instrueretur, opus erat obsonatoribus, macellariis, cœquis, *τραπέζοκουσι*, mensæ præfectis, architriclinis, structoribus, scissoribus, & aliis, de quibus infra agemus. Pollux dixit *σωματοῖσιν συμπόσιον, conuocare conuiuium, συστῆσαι, πληρῶσαι, συγκρήσαι, συναθροίσαι, συγκαλέσαι, ποτεῖν δοχὺν, δητελεῖν πονθύλην, σείσον δητηρίδιν, conflare prandium, Δῆμος ισοπλήγην.* Publicæ epulæ dicuntur viscerationes, *ἰσάσθι, δασία, παρδανία, θηριονία, σπάσις, σωμ-*

στηνα, σωματία Laconum, φιλίτια, φειδίτια Cretum. Stratocles Atheniensis dedit *χρεοδοῖαν, viscerationem*, ob faustum nuncium. Romæ cùm decumas Herculi Sylla polluceret, dedit viscerationem. Vet. *Gloss.* Visceratio, *ἀρτοκρέας, συφανία, Satyricus:* —— *panem, artocreasque popello.*

De Conuiuator.

C A P V T X I X .

QValis debeat esse conuiuator, vide Varro nem apud Gellium lib. 13. cap. 11. Conuiuator Latinis dicitur dominus conuiuij, qui amicos, aut hospites conuiuio excipit. Græcis dicitur *οὐσιάσσα συμπόσιον, qui exstruit conuiuium, ἴστάτωρ, qui dat epulum, συμποσίον ἀρχεν, συμποσίαρχος, ἴστεχθος, qui domo, & mensa excipit, σκοδεμαν apud Pollucem, vel fortè οἰκογένειαν, οὐσιάσσα συμπόσιον, qui coëgit cœtum, conuiuij dux, & auctor. Conuiuator ab Horatio lib. 2. *Satyr.* 8. dicitur parochus, & herus:*

— vertere pallor
Tum parochi faciem nil sic metuentis, ut acres
Potores.

— Sub hoc herus, bac grauida, inquit,
Capia est murena.

Dicitur magister conuiuij, *ibidem*. Alius fuit architriclinus, alius Modimperator, seu Rex conuiuij, ut infra ostendemus. Alius conuiuator, & symposiarchus, conditor conuiuij, instructor, qui sæpe conuiuis leges dicebat, nisi Modimperator has sibi partes sumplisset.

De legibus, aut sermonibus conuiualibus.

C A P V T X X .

Plato lib. 1. & 2. *de legibus*, ut & Aristoteles scripsit quasdam leges conuiuales. Athenaeus lib. 5. συμποτοί πνεύματα ήσαν οἱ αριστοτέλεις. Modimperator quas vellet leges, in conuiuio præscribebat. Horatio *Satyr.* 8. lib. 2. Symposiarchus dicitur magister conuiuij, qui Ciceroni est, orat. post reditum, dominus, & conditor conuiuij, instructor, & dominus epuli. συμποτηρχός, magisterium, Acroni, ἀρχηποτής, ἵσταταις, ἵστοχος. Athenaeo lib. 10. cap. 7. σύνοπτος, magistratus Athenis, qui ea inspicaret, quæ siebant in cónuiuiis. Idem dicitur ὁφθαλμός, oculus. Magistri conuiuij est præpositura, & potestas, ἄποστολος τὰ συμποτα, ἡ διακόνημος, ut loquitur Plutarchus in *Ageſilaō*. Idem vocat λόγιος συμποτακη, sermones conuiuales, quos Athenaeus lib. 1. διπολικίους λέγει. Pollux lib. 6. cap. 18. ζητήματα κωνίεια. Theodectes μημόνια, quasi sermones memoriz commendandos. Plutarchus in *Casare*, δῆλοι κύλικες ζητήσεις, quæstiones inter vina. Laertius in *Arceſilaō*, δημολικίους εξηγήσεις. Clemens Alexandrinus lib. 2. cap. 1. *Pædagogi*, arguit eos, qui conuiua vocant οὐάπτους. ἀρχάπτου πνεύματα καλεῖν δειπνάειά πνεύματα, ηγούμενος ἀποποιεύται. Idem vocat δοχεῖς, ηγούμενος.

De

De Conuiuijs.

C A P V T X X I .

Conuiuae apud Aristotelem *in legibus*, Chastrondæ vocantur ομοσπονδιαὶ. Epimenides Cretenis vocat ομοσπονδιαὶ, Pythagoras κοινωνίες. Pollux ξυμπότας, ομοσπονδιας, quasi ex vna arca panaria vieti tantes. ομοσποτας, συνάτας, ομοσπατέρις, συνκοινωνίας, θεοσιωπας, θυσίας, εἰλικρινας, ἐρανιστας, κλητας, οὐκικάτας, συνκλίτας, φερεχάτας, εἰλακτηρίας, πεπτοῦσις, συμβιώτας, πωλεῖφρος, διατητας, συνεργίας, ομοδορπίας, διαταλεῖς, δοιούποτας, διακόνης, ομοποτηρας, ομορόνικας, ομοδιάποτας, η οἵη φύτας, Conuiuiones, compotores, confessores, epulones, epulares Plauto, epuloni, sodales, contubernales, simpulones, simpulatores, concæna, συμβιντιον. Horum alij vocati fuere, alij inuocati, muscæ, vimbræ, copriæ, parasiti. ἀκλητοι, άσυμβολοι. φερεχάτης ο ή ιστάτεις φερεχάτης, conuiuarum honoratissimus.

De numero Conuiuarum.

C A P V T X X I I .

VArro apud Gellium lib. 13. cap. 11. Conuiuum ex rebus quatuor constat; Si belli homunculi collecti sunt, si locus lectus, tempus lectum, apparatus non neglectus, qui sit βιοφελές. Idem apud Macrobius lib. 1. *Saturnal.* cap. 7. Numerus conuiuarum ne sit minor, quam gratiarum;

D d d p e

ne maior, quam Musarum. Lib. 2. cap. 13. Lege Orchia præscriptus numerus coniuuarum. Sua sit eam legem Cato, vt docet Festus in voce *Obsonitanere*.

Ausonius in *Ephemerido*:

*Quinque adiuvanti, sex enim coniuinium
Cum Rege iustum, si super, conuicium.*

Capitolinus in *Vero* scribit, eum primum fuisse, in cuius coniuicio duodecim accubuerint, cum vetus verbum esset: Septem coniuivum, nouem conuicium. Apud Suetonium tamen in *Augusto*, ~~duodecim~~ cœna fuit in fabulis, in qua duodecim coniuicæ, duodecim Deorum nomine, & specie. Apud Macrobius in *Pontificie cœna descriptione*, in duobus tricliniis decem tantum coniuicæ nominantur.

De hora Prandij.

C A P V T X X I I I .

Non fuit omnibus olim gentibus eadem hora prandij. Olim Romæ sero vespere ab agris redeuntes, cœnam, quod idem prandium fuit capiebant. Ætate Ciceronis sub horam nonam, aut decimam: ætate Ausonij sub horam quintam, vt & nos hodièque. Pollux lib. 6. cap. 8. τῇ οὐαῖ ἐτημαίεντο τὸ κυρίων ἀπὸ τὸ δεῖπνον ὁδῷ, λινὴ τὸ σοτζεῖον ἐκάλουσι, ἢ ἔτι πρότερον, τὸ σοτζεῖον εἰν. Vmbra verò signabat tempus ad cœnam eundi quam σοτζεῖον vocabant, & libandum erat, si decem pedum esset σοτζεῖον. Hora ientaculi fuit tertia, aut quarta. Galenus de Telepho Grammatico, ἐν αὖ δὲ ἡμέραι

Lib. I. Cap. XXIII. 51

τῇ ἕλετο, τοῖς τεττὼν ὥραν ἡλείφτο μὴ βραχίδιον ἀνατέλλειν, εἶτα χρυσόν ἴντιμον ἐν ὑδατὶ μέλε μηγῆς ὀμών ὃν τριήλιστον ἔδιε, ἢ τότο πρᾶξ μόνον εἰτὸν τύλι γε περιστῶν τὸν ἀεισα ἢ τὸ ὄπιον ἰεθέρνιον ὥρας ἢ βραχὺ περιστῶν. Quibus diebus non lanabatur, tertia hora ungebatur, & leuisiter terebatur, tergebatūrque, deinde postea alicam in aqua coctam crudo melle pulcherrimo admisto edebat, quod ei tum satis erat. Ita & prandebat hora septima, aut aliquanto citius. Prandium pane sicco, & sinc mensa, hora nona peragebatur ait Seneca, largius cœnabant. Recentiores Græci prandium γεῦνα vocarunt. Ita enim Nicetas: Eustathius δύλουν ἢ τοὺς ὃν δεῖπνον μὲν οἱ πολλοὶ τὸ τεττάνιον φασιν ἐμβρωμα μενδὲ πόνον δεῖ. ἀεισον ἢ τὸ κοινὸν λεγόμενον γεῦνα, τὸ ἀεισόντες τὸ ἀεισον ἔχον κατ' ἔξοχω. δέρπον ἢ ἀεισίς ὃς ἀμφίβαλοι μη ἀπονενέφασι τῷ ἐστέρπῳ. Clarum est vulgo deipnon dici matutinum cibum, quo sumpto ad laborem itur. Aristoteles quod vulgo vocatur gustatio non dicitur à Marie, sed quod optimè habeat per excellentiam. Dorpon nemo dubitat tribui vespere. Deipnon igitur matutinus cibus, gustatio meridianus, dorpon cœna. Græci hodièque τεττάνια ientaculum vocant, γεῦνα meridianum prandium. Μανιστοὺς ientaculum, Hesychius ἀπονηστοὺς ἐπὶ βραχινὶ ἵδειν ientare. Glossæ ἐνάγομεν, vel ἐνάλογα ientaculum. ἐνάγομεν propriè libamentum Diis Manibus. Igitur ientaculum sumi solitum olim sub horam tertiam, prandium sub nonam. Martialis,

Imperas exstrectos frangere nona toros.

Nunciat octauam Pbarie sua turba iuence.

Temperat hac thermas. Nimios prior hora vapores Halat.

Ostaua balneas petebant, nona prandebant. Seneca epist. 123. Octauam prohibent. Iuuenalis,

Exul ab octaua Marius bibit.

Veteres Romani olim non nisi sub vesperam ab opere rustico redeuntes comedenterunt. Athenaeus lib. 4. scribit Iudeos ante ortum stellæ non comedisse. ἦσαν γνωτοὶ τὸ πεπίπολον ἔργον τὸ φασὶ μὴ φανέντι. οἱ τῶν χεροῦ πάντες φιλοσοφίαν διόρτες νόμιμον ὅδη μικρὸς γένεσθαι. Hieronym. lib. 2. in Iouin. Petrus Apostolus non exspectans stellam more Iudaico, sed hora sexta in solarium pransurus ascendit. Stellam Vesperuginem inteligit. Idem lib. 7. ait utilius esse noctu cœnare, quam interdiu, quia Lunæ sydus concoctioni aptius sit, quod vim habeat putrefaciendi, καὶ τὸ φυσικὸν τὸ φυσικόν. Alia tamen est φυσικὴ putrefactio, alia coctio, quia putrefactio, & putrefactum φεύγωμα τὸ πεπίπολον, est excrementum cocti, ut Aristot. 4. Meteor. Gloss. temporius ἐπερόπτευεν. Athenaeus lib. 4. Cleomenes Rex Spartæ cum multi legati ad se venirent εἰδὲ ποτὶ ἐμείσεον τὸ κατεπιόμενον σωῆρε καρπόν, id est, μᾶλλον τὸ ὄφρα. Theocrit. Idyl. 22. Σεινυεῖτε τὸ ὄφρα, immature, ut Cicero in Verrem, mature veniunt, discubitur. Aristophan. in Concion. τοσούτον χῆμα ὄχλος ἔπει τὸ ὄφρα ἔωσεν. Hir-tius de bello Hispan. ipse de tempore coenauit. Plaut. in Captiis, venias temporis. Ausonij ætate, ut hodiéque sub quintam prandebatur. Ausonius in Ephemeride.

*Sofia prandendum est, quartam iam totus in horam
Sol calens, ad quintam flectitur hora notam.*

Item, Quod cùm per horas quatuor inclinet ad meridiem, Sidonius lib. 2. epist. 9. Ecce & ab archi-magiro

magiro aduentans, qui tempus instate curandi corpora moneret, quem quidem nuntium per spatia clepsydræ horarum momenta seruantem probabat competenter ingressum quinta digrediens. Festus: Merendam antiqui dicebant pro prandio, quod scilicet medio die caperetur. Isidorus lib. 20. cap. 2. Meridiare. Græci cùm ad prandium invitarent vmbrae modum definiebant, cùm esset 12. pedum aut 11. aut 10. Scholiares Aristophanis in Concionantibus. τὸ παλαιὸν καλοῦτε δὴ δῖπνον παρεπομπούτο τὸν σκιὰν, καὶ τὸν οἱ μὲν ἔργον τὸν κλεδύταν, οἱ δὲ ἀπίστους δὴ τὸν ἑστάσεις. Aristophanes, οὐδὲ τὸ μελίσσεις ὅταν ἡ δεκάποια σοργήσιν λιπαρᾶς χαρεῖν ἐπὶ δῖπνον. Pollux, τὴν σκιὰν τὸ ἐπεκμαίεντο τὸ καρόν τὸ ἐπὶ τὸ δῖπνον ὁδὸν, τὸν καὶ σοργήσιν ἐκάλουσι. Signabant tempus itinoris ad prandium per vmbram, quam & elementum vocabant, seu Stoechleon. τὸ ἐπὶ αὐτὸν εἰ δεκάποιον τὸ σοργήσιν, oportuit libare si elementum decem pedum esset. Plinius in Panegyrico Traiani, Num ante medium diem distentus solitaria cœna spectator, annotatōrque conuiuis tuis immunes? Domitianus ante meridiem cibis se explebat, ut eos annotaret, quos ad prandium vocarat, cùm interim cibis abstinenis appositis comedentes spectarer. Procopius 2. lib. de bello Persico, scribit Persas cibum capere vesperi, Romanos milites circa meridiem. Gellius lib. 17. cap. 8. Athenis vespere tempus est cœnæ. Hesychius Δεκάποιον supple σοργήσιν, η σκιὰς. τὸν δὲ σωματόστο δὴ δῖπνον ἡξειν τὸν μὲν ὄφρα φασί. Idem δεκάποιου σοργήσιν, οἱ δὲ δῖπνον κλεδύτες τὸν ὄφρα ἔπει τὸν ἐξελάμβανον τοῦτο τὸν δὲ καταπένθετο. Vide Hesychium. Obtinuit hoc cùm sol liceret. Sed si nube conditus lateret, quid

facto opus. Qui tempori prandio non aderant dicti κακωσίδεταινοι, ἢ ζόφορθήσαι. Plutarchus lib. 8. sympos. quæst. 7. In eos iacitur hæc parceria, ὅτι ἵπποι δέηνον ὥντε καλθεῖς ἔρχεται ἡ χωλός δὲ, ἢ εἰ δέκανοι συμβολάς. Qui vocatus ad conuiuum tardè venit, aut claudus est, aut non vult dare symbolam. Quod hora fuit Latinis, hoc in gnomone scioterico fuit σορχεῖον, ἢ ομψεῖον.

De Conuiujs tempestiuis, & intempestiuis.

C A P V T X X I V .

Conuiua alia fuere tempestiuia, alia intempestiuia, ut Lipsius putat. Tempestiuia, quæ ante tempus inciperent, per festos maximè dies, cùm plerique summo manè lauarent, & toto die helluarentur, aut etiam coenam in multam noctem protraherent. Cicero de Senectute, Catonem dicentem inducit: Ego propter sermonis delectationem tempestiuis conuiujs delector. Conuiuum ad multam noctem quam maximè possumus, vario sermone producimus. Idem 2. in Catilinam, Antelucanas coenias vocat. Seneca lib. 2. de ira, Tempestiuia filij conuiuia pater deterior arguit. Suetonius de Domitiano, Lauabat de die, & conuiuabatur frequenter, ac largè, sed non ultra Solis occasum. Q. Curtius lib. 5. De die conuiuia inire. Salmasius vir doctissimus negat vlla unquam fuisse intempestiuia conuiuia, aut ita dici potuisse. Contrà putarim commodè dici potuisse intem-

intempestiuia, quæ de nocte fierent; quemadmodum tempestiuia, quæ de die, & ad noctem usque, non ultra, producerentur, quia non suo tempore fierent. Deinde durum est interpolare veteres Auctores, qui intempestiuia conuiua commemorant. Certè tempestiuia dici non potuerunt, quæ post decimam horam, aut undecimam inciperent, & totam noctem ad initium sequentis diei extraherentur. Tardiùs enim, quam oportuit, non temporiūs inita erant. Si tempestiuum est, quod fit ante legitimū tempus, quod fit post tempus legitimū, intempestiuum est. Non nescio Alexandrum Magnum tres totos dies, noctesque pergratatum esse, apud Plutarchum. Ægyptios totas noctes perpotando traduxisse, qui, ne somnus obreperet, Dachades aues coronis alligatas sibi admouebant, quæ vellicando, morsicando, canturiendo somnum prohiberent, ait Festus. Q. Curtius lib. 6. Conuiua intempestiuia, & perpotandi, peruigilandiisque insana libido. Suetonius in Caligula, Señatuin, populūmque obiurgauit edictō, quod Cæsar præliante, intempestiuia conuiua, circum, & theatra, & amœnos secessus celebrarent. Putem tamen eo loco melius legi, tempestiuia conuiuia, quæ de die fierent, vt spectacula, quam intempestiuia, quæ de nocte. Certè tempori non siebant ea, de quibus Propertius:

Sic noctem patera, sic dñcam carmine, donec
Inijciat radios in mea vina dies.

Non nescio tamen conuiua tempestiuia saepius occurrere apud veteres Auctores, rarerent intempestiuia. Act. 3. in Verrem, Cicero: Lollius in illo tempestiuo gladiatorium conuiuio. Pro Archia:

Quantum alij tribuunt coniuuiis tempestiuis.
Epiſt. 1. lib. 9. ad Attic. In tempestiuis coniuuiis probari. *Epiſt. 11.* Quasi coenas quām lautas, & tempestiuas. *Pro Murana:* Tempestiuī coniuuij, amoeni loci. *Tacitus lib. 11.* Claudioſ tempeſtiuī coniuuiiſ delinitus. *Lib. 2. Histor.* Tempeſtiuī coniuuiiſ gaudent. *Apuleius 2. Apologet.* Nuptiæ illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an tempeſtiuum coniuuium. *Q. Curtius lib. 8. Solemni, & tempeſtiuo adhibetur coniuuiio.* Tempeſtiua illa coniuuiia damnabantur. *Silius lib. 11.*

— mediaꝝ dierum

*Regales epole, atque ortu conuinia Solis
Deprena.*

Horatius Satyr. vlt. lib. 2.

— De medio potare die.

Intempeſtiua coniuuiia raro legas, eo tamen significatu, quem posui, Latinè dici posse non dubito. Homines negotiosi post decimam ſæpe coenabant. *Martialis lib. 10. epigr. 70.*

*Balnea post decimam laſſo, centūmque petuntur
Quadrantes.*

*Qui dati clientibus pro coena recta. Lib. 7. epiſt. 1.
Hunc licet à decima, neque enim ſatis ante vacabit,
Sollicites, capiet coenula parua duos.*

Apud Ciceronem in *Somnio*, coena Massinissæ in multam noctem cum Scipione protrahitur. *Martialis lib. 3. epigr. 36.*

*Lassis ut in thermas decima, vel ſerius hora,
Te sequar Agrippe, cùm lauer ipſe, Tūi.*

Seruius ad hæc verba lib. 4. *Aeneid.*

Atque eadem labente die conuinia querit.

Veteres prandiorum uſum ignorasse ait, & ad vesperam

vesperam coenaffe, sub horam ſcilicet decimam. Statius :

*Ac moriente die rapuit me coena beati
U indicis.*

Tempeſtiuum conuinium ventilat Seneca *epiſt. 122.* Qui ieiuni bibunt, & ad cibum ebrij tranſcunt, qui nunquam Solem occidentem, aut orientem vident, in ipſo balnei limine inter nudos, circa lucem diſcurrunt pueri, vocantur cellularij, tumultuantur coqui, à balneo exiuit, mulſum, & alicam poſcit; quod factitarunt & fœminæ. Iuuenalis :

— *Tandem illa venit rubicundula totum
O Enophorum ſitiens.*

Quidam vt vomerent ſaturi, balneas petierunt.

Iuuenalis :

Et crudum pauonem in balnea portas.

Terentius in *Adelphis*, Apparare de die conuinium. Quintilianus *Declamat. 9.* Tempeſtiua conuinia, & perwigiles ludos, aduocata ſodalium turba. Locus vbi helluarentur, ī ēnīeō dictus, ab adolescentibus eō confluentibus. Qui ante noctam, aut decimam comedenter, dicti frangere diem. Dies ſolidus, cùm ad decimam horam, quod coenæ tempus fuit, cibo abſtinerent. Horatius *Ode 1. lib. 1.*

Nec partem ſolido demere de die.

Catullus :

*Vos conuinia ſumptuosa lauti
De die facitis, mei ſodales
Querunt in triuīs vocationes.*

Iocus eſt Papyrij Pæti apud Ciceronem *lib. 9. epiſt. ad familiar.* dicentis coenam ſe de manè quærere,

D d d d s cūm

cum rideret Philosophum roganter, si quis quid de se quereret. Per dies festos temporiū cibū sumplerunt. Horatius lib. 3. Ode 2.8.

*Festo quid potius die
Neptuni faciam, prome reconditum
Lyde strenua Cacubum
Inclinare meridiem sentis.*

Hora diei quinta erat conuiuum tempestiuum, quia præmaturum, quod in noctem sæpe protrahebatur. Athenæus lib. 1. 3. ἐπινωάπτειν τὸ ἐπωτόν, producere cœnam ad diluscum. Ita Nasidieni cœna tempestiu fuit. Lib. 2. Satyr. 8. Horatius:

*Vi Nasidieni iuuit te cœna beati?
Nam mihi querenti conuinam dictus here illuc.*

Propertius : — de medio potare die.

*In primis Lucanus aper leni fuit austro
Captus, ut aiebat cœna pater, acia circum
Rapula, lactucae, radices.*

Græci pergræcabantur, & totas noctes helluabantur. Pollux lib. 6. cap. 10. τοῖς διαπαννυχίοις θλαώσθησαν, καὶ πυραμᾶς καὶ πύματα, καὶ τὸ λύχον τοιέτοις κατούμενοι παννυχον, νυκτες περὶ μῆλον φέρεπεμψαν (έλεγον) Qui noctem pernigilem bibendo duxissent, iis premia erant, placentia sesamo sparsa, & bellaria, dicebant autem lucernam, qua tota nocte illis alluxisset, noctem transmisserent ad Solem.

De Vocationibus.

C A P V T X X V .

Qui ad cœnas ventitabant, alij fuere vocati, alij inuocati. Plato in *Sympoſio Agathon* scribit

scribit multos non vocatos venisse comedentes ad fores, qui aliquo exente ianuis apertis ingressi accumbebant, & immodicè ad dextram bibebant. Alij conuiue exibant, alij perseuerabant bibentes ad Solem usque ortum. καὶ πάντες ἐπὶ φιάλης μετίσις διπλέζεται. Apud Athenæum, ἐλέαται, στηνοκλίται, vocatores Eleatri vocantur. Qui recusant, dicuntur καὶ οὐτακτεῖν. Attici επινεῦν. Xenophon επινεῖν τὰ καθησιν. καὶ συμφερόμενοι. συμφερόμενοι consentient. καὶ λός ἔχει, vox recusantium Athenæo lib. 1. 4. Seneca in *Suasoris*, Ad prandium promissem, ad cœnam renunciassem. Renunciare, nuncium remittere, negare, ut Martialis. Clearchus, λάβε υδρεύει καὶ χεῖρας μισθώσει, καὶ λός ἔχει. Sume aquam in manus: nequaquam bene habet. ἐλέαται οἱ οἵ τινι βασιλικῷ καλοῦτες γέραπέδαι, καὶ τὸ τέλον. Qui ad regiam mensam vocant. à voce εἰλέαται, quæ mensa est. Vocatores dicti, quibus à patre cœnæ id muneris datum effet, ut vocarent. Seneca lib. 1. de ira, Minus honorato loco positus irasci cœpisti conuiuatori, vocatori, ipsi, qui tibi præponebatur. Demens! quid interest, quam lecti partem premas? Honestiorem te, aut turpiorem potest facere puluimum? Vocationes appellat Catullus :

Querunt in trinitate vocationes.

Plautus in *Sticho*, Negare nulli soleo, si quis me vocat. Græci καλεῖν etiam dicunt. Hesiodus lib. 2. Operum,

τὸ μάλιστα καλεῖν ὅστις στένει τηγανοὶ γαῖα.

Dicti & inuitatores, l. vlt. C. de diversis officiis. Suetonius in *Caligula* cap. 39. Provincialem locupletem ducenta hs. numerasse vocatoribus, ut ad cœnam Caligulæ vocaretur. Martialis :

Iam

Iam dicit mihi, vapulet vocator.

Plinius lib. 35. cap. 10. Ptolemao vocatores suos ostendenti. Idem videntur fuisse nomenclatores. Ammianus Marcellinus lib. 14. Nomenclatores assueti venditare talia, mercede accepta, cœnis quosdam, & prandiis inferunt subdititios. Dicere soliti erant, cum inuitarent ex inopinato, Vni locum video. Plautus in *Sticho*, *Aedepol*, tibi etiam opinor vni locum conspicor, vbi accubes. Glossæ, ἔστας οὐ πονοχλήτως διηφέρει τὴν ἔστασην τῆς πόλεως σκόπῳ. Qui inuitat ad cœnam, dicit, Δωδους καὶ σὺ μεῖνεις οὐκέτες φύεται, ait Laertius in *Aristippo*. Pores & tu hodie nobiscum esse. Aristophanes in *Auibii*, ὅπως πάροις μοι καὶ σὺ, καὶ τὰ παιδιά. Ut mibi ad cœnam præsto sis & tu, & filii. Pittacus dictus ζοφοδρπίδες, quod ad cœnam vocatus nunquam nisi sero veniret. Observatum, ut conuiuæ temporí adessent. Theocritus,

ἴ μη δέ τι κλητὸς ἐπίγειος.

Ad cœnam vocatus propera. Vbi, scholia stes: οἱ δὲ δορχίαν περιηρθρόν ουδέποτε. Qui ad cœnam vocati sunt, properant. Apud Plutarchum Policharmus dixit populo: οὐδὲ ποτε κλητὸς δέ τι δεῖ πνεῦ θεοῦ οὐδεικόμης. Nunquam ad conuiuum vocatus ultimus adfui. Terentius: Hodie apud me sis volo. Iuuenalis, Vnā simus, ait. Qui renuunt, dicunt: γέλλεισα, ἐπινῶ, πάγυ καλῶς. Apud Aristophanem, Benignè respondent: Gratia est, facio gratiam. Qui autem inuocati conuiuio aderant, dicti sunt umbræ. Horatius:

Quos Mæcenas adduxerat umbras.

Suidas, δέ τις δούλιος κλητὸς οἷος ἐφολκεῖται. ἀκλητος ἐπίγειος παιδίαν. Ad conuiuum vocatus, qualis
socium

socium inuocatum inducit Ascanium Padianum. ἐξει
ρχεται δημιούργος, οἰοντεὶ σπιάς ἑαυτοῖς παρεχούσειν πνεύ. Licebat enim vocatis aliquos quasi umbras sibi aduo-
care. Apud Antiphanem parasitus ait: Θύρας μο-
χλαδεῖν στορκός, εἰσενθέντες ἀκρίς, δειπνεῖν ἀκαλίθημα,
μη ἐξελθεῖν φρίαρ. Ut moueam quasi veste fores, sum
terra motus; ut infiliam, locusta; ut cœnem inuocatus,
sum musca; ut non exeam, puerus. Plautus in *Pœ-
nolo*, A muscis si mihi hospitium quererem, (Li-
berum) hoc irem in carcerem recta via. Clémens
lib. 2. *Pedagogi*, of θεραπείας μῆτα. Plautus in *Capti-
uis*, Iuuentus ridiculos Plagipatidas abs se absget-
gat. Lib. 1. *Antholog*.

ῳ γαστὴ ψιλόμητα, δὲ τῷ κόλακες θεραπείας

ζωμές πωλεῖσθαι στορκόν εἰδεῖσθαι.

O venter, musca impudens, propter quem adulatores pa-
rasiti insculo vendunt legem libertatis.

De loco conuiuij.

C A P V T X X V I .

Locus vbi conuiuum agitur Latinis dicitur Cœnatio, cœnaculum, triclinium, à numero lectorum qui vulgo adhibebantur, Diæta apud Plinium lib. 2. & 5. *Epistolarum*. Græcis apud Pollicem lib. 5. cap. 1. dicitur Symposition, à bibendo, quia Græci bibaces, vnde & Pergræcati, Andron quia fœminæ non ventitabant ad conuiua viro-
rum, vt M. Tullius docet libris in Verrem, Syssifi-
tion à conuiuctu, οἰκος τείχλινος domus tribus le-
tis excipiendis, πηγάλινος, διφάλινος pro nu-
mero

mero lectorum συναγένεσιν à conuentu conuiuum, *masis*, ἀπὸ τῆς πάροδος quod est comedere, quasi comedendi locum dicas.

De Cœnationibus, & Triclinijs.

C A P V T X X V I I .

Conuiua publica aut priuata fuere. Publica Romæ in septis, in Nymphæis, & aliis locis publicis pro frequentia hominum habita sunt. Priuata in cœnationibus, & tricliniis. Seneca epist. 91. Versatilia cœnationum laquearia, ita coagmentata, vt subinde alia facies, atque alia succedat, & toties tecta, quoties fercula mutantur. Sueton. in *Nerone*, Cœnationes laqueatæ, tabulis versatilibus eburneis, vt flores fistulatim, & vnguenta desuper spargerentur. Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice mundi circumagerentur. Seneca epist. 90. scribit olim tecta cœnationi epulum recepturæ parati non solita. De diætis Plinius lib. 2. epist. 17. Cingitur diætis duabus à tergo quarum fenestris subiacet vestibulum villæ, & hortus. De Triclinio Vitruu. lib. 6. cap. 5. Tricliniorum quanta latitudo fuerit, bis tanta longitudo fieri debet. Vnde apparet falli Seruium ad lib. 1. *Aeneid.* qui negat triclinium pro cœnatione accipi, quem apud Procopium lib. belli *Vandal.* Carthagine triclinium locus fuerit, aut potius cœnatio magnifico opere exstructa vbi reges Vandalorum conuiua agitant. Viri opulentii habuere cœnationes æstiuas,

Lib. I. Cap. XXVII. 63

& hibernas, triclinia hiberna, verna, æstiuas, autumnalia. Cicero ad Qu. Fratrem lib. 3. epist. 1. Cœnationes æstiuas, & hibernas commemorat. Plutarchus in *Lucullo*, σειραῖς τετραεὐνῶν καὶ δεκαεῦνων. Vitruvius lib. 6. Triclinia ponit æstiuas & hibernas. Sidonius,

Mos erat hic dominis hibernum sigma locare.

Pollux vocat οἶκον περιάλιτον. Consule Vitruvium lib. 7. cap. 6. Athenæus etiam argentea vasæ escaria hiberna, & æstiuas laudat, ἀρχηράματα. Seruius ad lib. 1. *Aeneid.* versum 701. negat triclinium esse basilicam ipsam, vel cœnationem, pessimè. Quintilianus enim lib. 11. Vix eo limen egresso triclinium illud supra conuiuas corruit. De Scopa loquitur, postea enim subdit, hoc interim spatio conclaue illud vbi epularetur Scopas concidisse. Valerius Max. de eodem, Eo momento temporis triclinium in quo Scopas epulabatur collapsum est. Verba Seruji sunt, antiqui stibadia non habebant, sed stratis tribus lectis epulabantur, vnde & triclinium sterni dicitur. Cicero, sterni triclinia & in foro iubebat. Vnde appetit errare eos qui dicunt triclinium esse basilicam ipsam, vel cœnationem. Propriè triclinium de tribus lectis dicitur in priuato vel publico. Iuuinalis *Satyr.* 2.

Tertia cum vacna cessaret culcita lecto.

Cœacula dicta sunt à cœnis, partes ædium superiores in quibus plebeij cœnitabant. Iuuinalis *Satyr.* 10.

— lateranorum obsidet edes

Tota cohors, rarus venit in cœacula miles.
Martialis cœacula sibi attribuit lib. 1.

At mea Vipsanas spectant cœacula laurus.

Donatus

Donatus ad Terentij Adelphos, Veteres ganeum meretricum tabernam esse dixerunt ἀνδρὶς τὸν ἄνθρακα, à terra, quod ipsa sit in terra, non ut cœnaculum superius. Melius ganeum à γάμῳ oblector, γάμος & voluptas, γάμος Siculis mulier. Horat. lib. I. epist. I.

Mutat cœnacula, lectos, Balnea, tonsores.

Varro lib. 4. L. L. Vbi cubabant cubiculum, vbi cœnabant cœnaculum vocitabant. Vitruvius lib. 2, cap. 8. Ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coegerit deuenire. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cœmentitiis, & altitudines exstructæ contignationibus crebris coaxatae, & cœnaculorum summas vtilitates perficiunt, & despectationes. Cœnacula erant pauperiorum, quia per æstatem vento aut æstu, per hyemein frigore infestabantur. Ennius cœnacula maxima cœli dicit apud Tertullian. lib. aduersus Valentianos, Per gulis superstructis. οἰκεῖον dicitur Actor. 20. ἐπειδὴν τὸν τετράγωνον, cœcidiit è terio cœnaculo. Cœnacula pauperum erant & scalis ascendeabantur. Martial. lib. I.

Et scalis habito tribus, sed altis.

Iuuinalis Satyr. 7.

Rumpe miser tensum iecur, vt tibi laffo

Figantur virides scalarum gloria palma.

Festus: Cœnacula dicuntur ad quæ scalis ascenduntur. Cœnationes diuitum erant in inferiore ædium parte, quia & hyeme & æstate commodiores. Interdum tamen & in superiori loco diuitibus erant Sidonius carm. 22.

Alta volubilibus patet hinc cœnatio valuis.

Item,

Vndeosa inueniunt nantes cœnacula pisces,

Comini-

Cominus erigitur vel prima vel extima turris.
Cœnaculum illud assitum piscinæ fuit, ideoque in imis ædibus.

De Triclinio Philonis Iudæi.

C A P V T X X V I I I .

Nulla triclinij descriptio iucundior esse potest, quam illa Philonis lib. de vita contemplat. Ious δὲ αὐτὸς ἀπόλεξεν τὸν δημιουρόν τοντον πατέρα καὶ συμποσίων διάδεσν, καὶ πόδον ἢ ἵταντος πολυτελεῖς καὶ τενῶν, ἢ ἐγκλωπούς τε καὶ βάρβαρος. pag. 614. typis Adriani Turnebi. Sed fortassis recipiat aliquis, & probet dispositionem epularum hodie vbiique vulgatam, ex studio Italicae magnificentiae, & deliciarum, quam imitati sunt Græci, & Barbari, magis ad ostentationem, quam ad coniuuij vsum apparatus facientes. Triclinia, & lectorum spondas μείκλινα facta è testudine, aut ebore, & materia pretiosiori, quorum plurima gemmis ornata, & lapillis, lecti purpurei intexto auro, & florido tinti alij omnis coloris ad oculos capiendos, poculorum copiam expositorum secundū species. Præsto sunt enim scyphi, calices, phialæ, thericlea, toreumata clarorum artificum. ἥπτα δὲ καὶ φίλαι, &c. καὶ τοπεῖα δημιουροῦντον αὐθικῶν ἡγριῶν μηριῶν, ministri formosuli astantes, non tam ut ministrant, quam ut oblectent aspicientes. Horum alij pueri vinum affundunt in pocula, grandiores loti, & volvi aquam ferunt, vultus suco oblitii, & picti, coma cincinnatula, capillati, aut ornano non tonsi, aut Eeee à fronte

à fronte tantum, vt à summo exæquentur antia, aut specie lineæ circularis accuratè tonsi, tunicas tenuissimas ἀραχοῦφις, & candidas præcincti, anteriori parte ad genua demissas, posteriori ad poplites, vtrinque mollibus ræniis astricti commissuras tunicæ, propendentibus ad latera sinibus, sic ornati astant nutus obseruantes, quid quisque postulet. Adsum & alij adolescentes prima lanugine malas vestiti, qui paulò ante turpes amantiam deliciæ fuerant, curiosè edocti grauioris operæ ministeria, mera ostentatio magnæ opulentia, vt coniuix splendore stupefacti facile intelligant, &c. Huc accedunt variae belliorum, obsoniorum, condimentorum species elaboratae à pistoribus, & cupediariis, quorum est cura non tantum gustui satisfacere, sed etiam oculos exhilarare munditiis. Sic sit, vt etiam septem, vel plures mensæ inferantur plenæ omnium, quæ terra, mare, annes, aëisque ferunt, selectis suauissimis carnibus terrestrium, aquaticorum, & volucrum, paratura simul, ac conditura variantibus. Ac ne quid prætermittatur Naturæ munerum, tandem apponuntur poma, nucēsque dapsiliter, seruatis aliis eiusdem generis ad comissiones, quæ inеant. Deinde alia patina effertuntur exinanita, & exhausta, à coniuix voracibus more fulicarum expletibus se in tantum, vt etiam ossa arrodant. Subiicio de aliis tricliniis, & cœnationibus. Cœnationes diuitum erant, cœnacula pauperum, vt & grabati, & scimpodia, apud Senecam epist. 78. & 90. Cœnationes in ædium parte inferiori, cœnacula in superiore, quæ diuites pauperibus locabant, vt Plutarchus in *Sylla*. Festus: Cœnacula

ad quæ scalis ascenditur. Trebellius in *Gallieno*, Concubinæ in eis tricliniis sèpe accubuerunt. Triclinium interdum locum significat, interdum mensam tribus lectis cinctam. Suetonius in *Iulio*, Coniuuiatum assidue per prouincias diobus tricliniis; vno, quo sagari, palliatique; altero, quo togati cum illustrioribus prouinciarum discubuerent. Pollux sub finem lib. 8. i. Σελ. Θ. εἰς την δειπνου ἐγένετο μέρος εἰ πεντάκοντα καὶ τριήκοντα βελλούς. Athenis tholus, in quo cœnabant simul quotidie quinquaginta ex consilio quingentorum. Tholus vocat cœnationem fornicateam. Athenaeus οἶκες τεκίλινες, ἐπάκλινες ponit. Phrynicus ἐπάκλινον τὸν κυρίον αὐτόν, τοῦτον ἐπεάκλινον ἐποιεῖ, ἡ πέντε κλίναι σπειλιγα, λέγε ἀλλοτο, σπειλιγα φευξεφόλια πέντε. Domus septem lectis, aut nouem idonea, & quinque lecti Siculi, & pulnai Siculi. Plato Comicus, εἰς κλίναις ἐλφαντόποστος ἡ σύρματος πορφυράποδος, ἡ φοινικός σφραγίνειος κορθίζοντος κατάκειται. In lectis eburneo pede, & strigulis purpureis, sardiniacis ornatus iacet. Philo de vita Theoret. ἡ τελείων πολυτέλειαν ἔχοντος ἔλλεις τε ἡ βάρβαρος, τεκίλινα τε, ἡ πεικινα χλεύσις, ἡ ἐλέφαντος καὶ δειναράδη. Italicam magnificentiam imitati Graci, & Barbari, & triclinia ex testudine, aut ebore ornata. Πεικινα vocat spondas lectorum tricliniarium, aut ornamenta, quibus ambirentur.

De Lectis.

C A P V T X X I X.

L Ecti alij fuere cubiculares, alij Iutubratorij, quidam tricliniares, seu discubitorij. Cubicula

lares alij erant humiles, de quibus Suetonius lib. 2.,
de Augusto. Nec toro quidem cubuisse aiunt, nisi
humili. In eos lectos scandione simplici, & scamno
ascendebant; alij altiores erant, in quos subselliis
conscendere oportebat, in alios gradibus ascen-
debat. In lectis erant tori pluma farti, aut paleis.
Senecæ culcita humi iacebat, ipse in culcita.
Veterum lecti non erant pannis oppansis clausi.
Ideò apud Suetonium Augustus, cum meridianum
somnum caperet æstate, apertis cubiculi foribus,
atque etiam ventilante aliquo cubabat. Lectuli
lucubratorij erant breues, in quibus legerent, &
commentarentur. Persius:

— non quidquid denique lectis

Scribitur in citreis.

Ouidius:

Non hac in nostris, ut quondam, scribimus hortis,

Nec consuete meū lectule corpus habes.

Tricliniaries omnes erant pares, humiles, paulò
inferiores mensa, quam cingerent, ut assurerent,
& in cubitum coniuia niterentur, cum cibum
appeterent. In omnibus fuere puluilli, & tapetia,
seu stromata, & coralia. Horatius:

Sape tribus lectis videas cœnare quaternos.

De lectis cubicularibus agitur in colloquiis quo-
tidianis, στρῶσιν τὸν κλίνων. ἐπώστρυμ, ἐξεπύξαμν, καὶ^{το}
περοχεφάλαιον ἐμαλάξαμν. Sterne lectum. Straminus,
excusimus, & puluillum mollissimum. Storeas, in qui-
bus dormiebant, vocabant χαρδύια, humicubationes,
aut cubas, τὰς ἐκομιντερίους θέαθες. Isidorus lib. 20.
cap. 11. stoream dici vult, quod sit in terra strata.
Optimè, à sopivvū, sterno. Camam breuem esse ait,
& circa terram. Graci enim Cami breue dicunt.

Pessimè.

Pessimè. χαρδύν, & χαρδύας, & Chama dicitur à
χάμαι, humi, quasi humi cubatio. Olim dormiebant
in pellibus, vnde vox dormire facta, quia θέρμη
pellēm significat. Epicharmus apud Athenaeum
lib. 6. ἐπει δὲ οὐκον οὐκεῖ εἰς τὸν θέρμαν ἔργων οὐδὲ,
Postquam domum veni, super stratas pelles illas in dor-
mio. Spartanus in Aelio Vero, meminit lecti cubicu-
laris magnifici operis. Nam lectum eminentibus
quatuor anaclinteris fecerat minuto reticulo vni-
dique inclusum. Per hyemem lectos eum putem
pannis oppansis inclusisse, si per æstatem reticulo
inclusit. Amphicephalus lectus cubicularis fuit, de
quo Etymologicum, ἀμφικέφαλον κλίνει διότι τοῦ
τοπέρων ἀνάκλισιν ἔχει, καὶ περιφάλαιον. Amphice-
phalus species lecti, qui utrinque habebat puluillum
reclinando capiti. Pollux lib. 6. cap. 1. Anaclinterion,
anaclintron, epiclinton, in quo repotierent, &
sustentarent caput, clinterion vocari ait. οὐκλάτα
sunt spondæ, id est, ut vult Isidorus lib. 20. cap. 11.
exterior pars lecti, pluteus interior, prope pa-
riitem, eminenti pluteo munitus, sed non tam
alto, quam ille, qui ad lecti caput. Artemidorus,
τὸν οὐκλάτων τὸ πλεύτην id est τὸν γυαῖην, τὸ δὲ τὸ
ἄνθρακεν. Sponda interior fæminam, exterior
virum excipit. Martialis:

Excidiūtque senem sponda qui parte iacebat.

Namque puer pluteo vindice tectus erat.

Pluteum vocat spondam interiore. Ita & Dolab-
bella vocavit Cæsarem spondam interiorem re-
giae lecticæ.

De Lectis tricliniaribus, & Accubitis.

C A P V T X X X .

Leuctos Apuleius Miles. 2. vocat ebore nitentes, laureis vestibus intectos, opipares cibos, amplus calices. Basilius orat. ad diuin. ἐλεφαντίνας τέλεσθε, fibadia eburnea, ἐλεφαντίνας δίφρες, eburneas sellas. Varro in Quinquatribus, Cùm eborato lecto, ac purpurei operis toro cubare videam. Plato Comicus apud Athenæum lib. 2. cap. 6.

χρήτα ἐγ κλίνας ἐλεφαντόποσι, χρώμασι πορευεσθέποισι
καὶ φωνικοῖς σαρδινικαῖσι κοινοῖαιδνοι κατάκεν^η).^η

In lectis. deinde pedibus eburneis, & stragulis purpura inctis, & chlamydbibus sardiniacis dormituri cubant. Plautus in Sticho,

— lectos eboratos, auratos,

Accubabo regiè.

Ipsi lecti funebres eburneis pedibus erant. Propertius lib. 2. eleg. 1. 3.

Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno,

Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.

Diximus fuisse hiberna, & aestiva triclinia. Siodnius Carm. 2. 2.

Mos erat hic dominis hibernum sigma locare.

In Pandectis l. 5. rit. Commodati, de triclinio sternendo: Si me perisses, vt triclinium tibi sternerem, & argentum, ac ministerium præberem, & fecero. l. 20. in Pandect. de opt. legar. Vestimenta quæ volet tricliniaria sumito. Sunt stragulae vestes, rapetia, toralia. Ornabantur triclinia trophæis gentilitiis. Petronius in Postibus, Triclinij fasces erant

Lib. I. Cap. XXX. 71

erant cum securibus fixi, quorum imam partem quasi embolum nauis æneum finiebat. Sed & in tricliniis varia librorum supplex erat instar bibliothecæ. Seneca lib. de tranquill. cap. 9. Pluresque ignaris etiam seruillum literarum libri, non studiorum instrumenta, sed coenationum ornamenta sunt. Martialis lib. 3. epigr. 50.

— ingens

Inter lactucas, oxygarumque liber.

Legebantur enim sæpe libri inter coenandum. Sed de lectis Lucianus in Asino κλίνην ἦν μεγάλη ἀπὸ χειρῶν οὐδικῆς. Lectus erat magnus ex Indica testudine. Philo de vita contemplat. τεκνία πλευράλητα, triclinia gemmis compacta, vel distincta. Plinius lib. 13, cap. 16. Excogitatæ sunt, & ligni bracteæ; testudo in hoc secta. Nupérque portentosis ingenii principatu Neronis inuenientum, vt pigmentis perderet se, plurisque veniret imitata lignum. Sic lectis pretia queruntur, sic terebinthum vinci iubent, sic eirum pretiosius fieri, sic acer despici. Modò luxuria fuerat vero contenta ligno, iam lignum etiam à testudine facit. Dio de Seneca, πεντακοσίες τετραδεκάς κεφίνες ξύλα ἐλεφαντόποδες ὡρες, καὶ οὐκέτι εἰστάτο. Quingentos lectos è ligno Cedrino eburneis pedibus aquates, & similes habebat in quibus epulabatur. Tripus propriè mensam significat. Interdum lectum. Martial. lib. 1. 2.

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa.

Plinius lib. 33. cap. 11. Cornelius nepos tradit, ante Sulla victoriā duo tantum triclinia Romæ fuisse argentea. Triclinia ærata Caius Manlius Afia deuicta triumpho suo primus inuexit lib. 34. cap. 3. Accumbere autem Græcis dicitur καθίσαι apud

Athenæum lib. 1. apud quem Vlpianus dictus reitetur, quia nihil appositorum comedederet, & in eis cibis nihil, nisi in cibis sumere, aut repeterem vellent. αγιστάληροι πολλάνις εἰς διαπόδια, cùm assurgerent sàpē vt ad leporem qui mensæ erat appositus manus peruenire posset. Plautus in *Militie*, sed procumbunt, & se percellunt dimidiati dum appetunt. Item & si loqui vellent, vt ab omnibus auditentur, in cubitum se attollebant, stragula in cumulum aggerebant. Apuleius 2. *Milefia* effultus in cubitum, suberectusque in torum sic infit ageratis in cumulum stragulis. Balsamon ad can. 74. *Synod. VI.* ἀκέστον λέγεται πᾶν διάδετον στρωμά κατακόδαρια, accubitus est omnis lecti apparatus. Malè. Glossæ, σχυμα tabula. Fuit tabula lunata seu lectus semicircularis habens duo cornua. Martial.

Accipe lunata scriptum testudine sigma.

Iuuencus,

Cornibus in summis deuitez ponere membra.

Rursum de Lectis tricliniaribus.

C A P V T X X X I.

Pollux lib. 6. cap. 1. οὐδὲν δι' οὐδὲν εἴτε κατακεῖται καλοίσις εἰς κλίνεις, κλινίδια, κλινίδια, σύμποδας, σκολάγνας, στέδιδας, ἡμικλίνεις, κλινήτερα, καμπύνεια, καμπύνεια, νο-
cess, lectos, toros scamna, accubita, cubas, se-
gestria, semicirculos, in quibus accumbunt. Cle-
mens

mens Alexandr. lib. 2. cap. 3. κέφαρος τε ἀκάστου, κύ-
δινος, κύβερνος, κύπερον, κύπερον, κύπερον, κύπερον, κύπερον,
φαντοκόλλητος, κύριόντος πεποιημένα κοττα, κύριόντος, Lecti excedro bene scissa, & tunc arbore odoriferæ, & ebeno & ebore, tori pedibus argenteis ebore compacti, & testudine distincta cubilia, & valva. Pol-
lux κοίτω esse vult vas in quo stragulae vestes po-
nuntur. Significat lectum, quonodo & hinc accipi
potest siue cubicularis, siue tricliniaris sit. Pollux
lib. 1. ἀνάκλινθρον, ἀπίκλινθρον, ἐκάλατον, κλινίτειον, φυλ-
λάδεις, πλειάδεις, πόλπια, πόλα, κύρια περικεφάλαια,
ποτίκανον, πεπρέστον, πεπρέστον, pars lecti ad quam
puluinus sustinendo capiti ponitur, sponda, torus pfa-
tiosus, cervicalia, puluinus, puluinar, puluillus. Αμφι-
πτυκτοις οι εἰς ἐκάτερων διατάσσονται, Amphitapetia utrinque
villosa, πεπλακτικά στρώματα, puluilli subalares, πεπλα-
κτικά, πεπλακτικά, ἀπλακτικά, strata, cubitalia, stra-
gula, toralia, lodices. Erant stragulae quæ substerne-
rentur, erant quæ circumponerentur, erant & qui-
bus accumbentes operirentur. ἐφερτίδεις, χλαιτα,
ἀμφιερτίδεις, ἀπιβόλαια, δειπτίδεις, φιλοδέπτιδεις, ξυριδεις
χυσοδέπτιδεις, sagula tapetia rasa, vestimenta auro in-
texta. τὸ δὲ ἄλλον εὐ φράκατα εἶδον κύρια κοίτων,
τὸ δὲ εἰς κοίτων στρώματα εὐραια λέγεται. Locus cui
strata incumbunt cubile, aut lectus dicitur, quæ
autem lectum operiunt stragulae torales, κύ-
λοις τὰ κύρια περικεφάλαια ἐφέπλωσαν, κύ πλωτὰ περικε-
φάλαια ὄνομά γενεται. Et plumis puluinos referiebant,
& pennata, & constricta, seu coactilia puluinaria
dixerunt. κυνάκας πνεῦς πορφύρεις ἀπλακτικά. Cau-
nacarum quarundam purpurearum Menander de
stratis loquens meminit. Seruinius ad 2. *Eneid.*
Antiqui stibadia non habebant, sed stratis tribus
Eeee S lectis

lectis epulabantur, vnde & triclinium sterni dicitur. Virgil.

Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto.

Olim sedentes cœnitabant, vt Isidorus lib. 20. origin. cap. 1. Postea viri accubuerent, mulieribus, & pueris in sponda sedentibus narrante Valer. Max. lib. 2. cap. 1. & Tacito lib. 13. Tandem foeminae accubuerent. Sueton. lib. 4. Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit, plenóque conuiuio singulas infra se vicissim collocabat, vxore supra cubante. Lecti tricliniares, & discubitorij dicti qui à cedro, terebintho, citro, scētis testudinum laminis, ebore, argento, auro vestiti, vel etiam solidi, auctore Plinio lib. 16. cap. 43. lib. 9. cap. 11. Testudinum putamina secare in laminas, lectosque, & repositoria iis vestiri Caruilius Pollio instituit. Quo die Lentulus Flamen Martialis inauguratus est, triclinia lectis eburneis strata sunt scribente Macrobius lib. 3. *Saturn. cap. 13.* Lampridius Heliogabalum solidos argento habuisse lectos ait: Lectos vero mulierum iampridem toto operi argento, & triclinia quædam quibus argentum addidisse primus tradidit Carbillius eques Rōm. non vt operiret, aut Deliaca specie faceret, sed Punicana, teste Plinio lib. 33. cap. 11. Dein & aureos fecit, nec multo post argentei Deliacos imitati sunt. Pompeius in tertio triumpho quem de piratis Asia & Ponto duxit, lectos tricliniares tres ex auro transtulit, lib. 37. cap. 11. Lectorum pedes posuit Virgil. 6. *Eneid.*

— *lacent genialibus altis*

Aurea fulcra toris, mensaḡ ante ora parata.

Plinius lib. 34. cap. 3. & 10. *Ligneos, æreos, aureos*

lecto

lectorum pedes fuisse ostendit. Græcis fuere Scimodia ēvteān κλινίδια πονόκοιτα, *Lectuli viles qua imum caperent.* Varro lib. 4. ling. Lat. Nemo facit triclinij lectos nisi pares, & materia, & altitudine & figura. Punicani lecti parui & humiles Cartagine aduecti. Sponda exterior, pluteus interior. Scamna sunt quæ altioribus lectis apponuntur dicta à scandendo.

De Accubitione.

C A P V T X X X I I .

Accubitionis forma non eadem semper fuit. Græcis superior locus in lecto fuit honoratissimus, medius Regis. Etate Sidonij honaratores sigmatis cornu dextrum obsidebant. Gregorius Turonensis lib. 1. *de mirac. cap. 80.* Discubentibus autem ad conuiuum vir ille cum Presbytero dextræ partis cornu occupat, Catholicum ad sinistrum statuens. Iuuencus lib. 3. *de cornu signatis, seu lecti lunati:*

*Si vos quisque vocat, cœna conuiua ponat,
Cornibus in summis deuinet ponere membra,
Quis, que sapit. Veniat forsan si nobilis alter,
Turpiter eximio cogetur cedere corna.*

Sidonius lib. 1. epist. 11. Primus iacebat cornu sinistro Consul ordinarius Seuerianus. Admonui veteres Rōmanos ad sedisse mensis, non accubuisse, vt docet Isidorus lib. 20. cap. 11. Apud veteres, inquit, non erat usus accumbendi, vnde & considerare dicebantur. Postea, vt Varro ait, *de vita populi*

populi Romani, viri discumbere cœperunt, mulieres sedere, quia turpis visus est in muliere accubitus. Idem monet Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Accubuerunt Romani post Antiochum à Lucio Scipione viçtum, in triclinio si tres essent lecti, in biclinio si duo. Biclinium Plautus commemorat. Sigma Lipsius cum biclinio confundit. Malè, quia in sigmate fuit tantùm lectus unus perpetuus, in quo sex, septem accumberent. Manibus lotis, veste cœnatoria sumpta, demptis soleis, ne lectum conspurcarent, accubebant. Terni, aut in publicis epulis etiam quaterni unum lectum occupabant, interdum duo tantùm, nonnunquam unus lectum unum occupabat. Accubebant reclinata supera parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum iacente, ac porrecta, capite leuiter porrecto, dorso à puluillis modicè suffulto. Quod si plures uno lecto decumberent, primus accubebat ad caput lecti, cuius pedes porrigebantur pone dorsum secundi, secundus verò occiput obuertebat ad umbilicum primi, puluillo interecto, pedes porrecti erant ad tergum tertij, & sic deinceps tertius, sic quartus. Si tres coniuiae in uno lecto, medius dignissimus, proximus honore summus. Si quatuor, Lipsius medium censeri putat proximum à summo. Si duo tantùm unum lectum occupabant, dignissimus summus fuit. Discumbentes quamdiu vescerentur, & porarent, eo corporis situ manebant; ubi cibum capere desierant, tum dorsi spinam, quæ anteà erat inflexa, & ad epulandum composta, reposuisse, & caput in cœrual reclinasse, nonnunquam sedentis habitu exsile viuentur. Ita Lambinus ad Satyr. 4. lib. 2.

Hora

Horatius, quem Lipsius, & Mercurialis sequuti. Hunc accubitionis ritum sœpe mutasse docebimus. Acro ad Oden 27. lib. 1. ait accubere Deorum esse, discumbere hominum. Virgilius lib. 1.

— tu das epulis accubere Diuum,
Iam pater Aeneas, & iam Troiana iuuentus
Connenunt stratoque super discubitur auro.

— toris iussi discumbere pietis.

Recumbere ferarum est, ait Acro. Lib. 8. Aeneid.

— te ianitor Orci

Offa super recubans antro semesa cruento.

Cicero tamen 3. in Verrem, negauit moris esse Græcorum, ut in conuiuio virorum accumberent mulieres. Liuius lib. 28. Eodem etiam lecto Scipio, atque Hasdrubal, quia ita cordi Regi, accubuerunt. Columella lib. 1. cap. 1. Nec nisi sacris diebus accubans coenet. Sedulius in Praefatione:

Paschales quicumque dapes coniuua requiris,
Dignatus nostris accubitare toris.

Non modò discumbere, accubere, accubare, accubitare de viris, & foemini dicitur, verùm & recumbere. Plinius lib. 4. epist. 22. Cœnabat Nerua cum paucis, atque etiam in sinu recumbebat. Romæ per initia foeminae assidebant, post etiam in sinu virorum accubuerunt. Auctor de vita excell. Imper. siue is Cornelius Nepos, siue Aemilius Probus, in Praefatione, Quem Romanorum pudet vxoremducere in conuiuium, aut cuius materfamilias non primum tenet ædium locum, atque in celebritate versatur? Quod multo fit aliter in Gracia. Nam neque in conuiuium adhibetur nisi propinquorum, neque sedet nisi in interiori parte ædium, quæ gynæconitis appellatur; quod nemo accedit,

accedit, nisi propinqua cognatione coniunctus. Vide Ciceronem 1. in *Verrem*, Rōmæ vxores in sinu virorum accubuisse lippis, & tonsoribus notum est. Iuuenalis *Satyr.* 2.

Signata tabula, dictum feliciter, ingens

Cœna sedet, gremio iacuit noua nuptia mariti.

Quidam legunt, *Cœna, sed in gremio*. Nihil mouendum. Martialis perstringit petulantem coniuuum, lib. 3. epigr. 8.

Cubitisque trudit hinc & illinc coniuinas,

Effultus ostro, sericisque pulvillis.

Sed ut redeamus ad accumbendi morem, olim cum tres lecti essent, medius lectus dignissimus. Si tres in eodem lecto accumberent, in medio erat dignissimus. Si duo tantum lecti, superior erat dignior. Si duo in eodem lecto, superior erat dignissimus. De medio loco Salustius in *bello Iugurth.* Sed Hiempſal dextra Adherbalem adhæſit, medius è tribus ne Iugurtha foret, quod & apud Numidas honori dicitur. Valerius Flaccus lib. 2.

Argonaut.

In medio Aesonides iam se Regina locauit,

Poſt ali⁹ proceres.

Lib. 4.

Inſtituere toros, mediisque tapetibus ipsum

Accipiunt.

In signata dextrum cornu, locus fuit dignior;

De Accubitione, & lectis.

C A P V T X X X I I I .

Triclinia olim fuere, quibus successere accubita, & stibadia circulari figura, ynde signata dicta.

dicta. Isidorus lib. 20. cap. 1. Stephadium à stipitibus dictum, quasi stipadium. Sic enim prius cęptum est. Pessimè stibadium à sc̄eo calco, stipo. Accubitum à cubito vocatum, quasi ad cubitum epularum. Pessimè, dicitur enim ab accumbendo.

— — *toris iussi discubere pictis.*

ait Virgilius. Olim tres lecti, tria tantum mensæ latera ambibant, per quartum latus, quod erat vacuum, fercula inferebantur. Sic & signata semper vnum latus vacuum cibis inferendis habuere. Sigma unus perpetuus lectus fuit semitotundus, quod accubitum dicitur. Triclinium omnibus mensis poterat conuenire maioribus, & minoribus, quia tribus lectis constabat paribus materia, figura, & altitudine, vt ait Varro lib. 4. de lingua Latina. Sigma minus non poterat maiori mensæ admoeri, nec maius minori quadrare. Itaque secundum mensarum magnitudinem quærebantur stibadia, quæ erant vel octaclina, vel exaclina, vel enneaclina, id est, quæ octo, vel sex, vel nouem capiebant. Sidonius vocat sigma nitentem stibadij circulum, quod nunquam ponitur pro cœnatione, sed pro stibadio tantum semicirculari. Apuleius semitotundum suggestum dixit Milesia 5. Visoque statim proximo semitotundo suggestu propter instrumentum cœnatorium, ratus refectui suo commodum libens accumbit. Sauaro putat sigma fuisse mensam semicircularem. Malè. Martialis enim in epigrammate, cui lemma Stibadium:

Accipe lunata scriptum testudine sigma,

Octo capit: veniat quisquis amicus erit.

Non diffiteor tamen quasdam mensas fuisse semicirculares. Ditmarus lib. 4. Chronic. Solus ad mensam

sam quasi semicirculum factam loco cæteris eminentiore sedebat. Sigma verò est accubitum, seu stibadion, & lectus semicircularis. Lampridius in *Heliogabalo*, Primus inuenit sigma in terra sternere, non in lectulis. Petrus Rauennas serm. 29. Discumbebat Deus plus in Matthæi mente, quam in sigmate. Vides accumbi in sigmate. Serm. 83. Et soli Discipuli, alto sigmate, toro uno, toto otio deliciis securè epulantur. Sigma est torus unus. Serm. 93. Dum Pharisæus ueste clarus primus in sigmate. Martialis lib. 10.

Septem sigma capit sex sumus, adde lupum.

Lampridius in *Heliogabalo*, Habuit hanc consuetudinem, ut octo caluos rogaret ad coenam, octo luscios, &c. cum capi non possent omnes uno sigmate, ut de his omnibus risus citaretur. Omnia semirotunda dici potuere sigmata. Sidonius enim lib. 2. epist. 2. Solij sigma vocat, solium cellæ caldariae, quod idem solij hemicyclum appellat. Apud Zozimum lib. 3. Porticus Constantinopolitana Iuliani dicitur sigma, quia semicircularis. In descriptione urbis Constantinopolitanæ, regione tertia, porticus semirotunda ex similitudine fabricæ sigma Græco vocabulo nuncupatur. Propriè tamen sigma esse accubitum ostendit Paulinus lib. 3. de vita S. Martini,

Hos inter mediis, qua sigma flectitur orbe,

Presbyter accubuit.

Item, in stibadiis accubuisse veteres docet Plinius lib. 5. epistol. In capite stibadium candido marmore vite protegitur, è stibadio aqua velut expressa cū bantum pondere siphunculis effluit. In his talibus stibadiis si sex discumberent, dicebantur exaclinae.

si septem,

si septem, eptaclina. Martialis lib. 9. epigr. 60.

Et testudineum mensus quater exaclinon,

Ingemuit citro non satis esse suo.

At *σηκτεκτονικός*, vel *σηγκτεκτονικός* dicitur à numero lectorum, vel signatum. Scholastes Iuuenalis: Apud veteres accubitorum usus non erat, sed in lectulis discubentes manducabant. Accubita fuere ætate Martialis, ut & sigmata. Non igitur ea primus reperit Heliogabalus, quæ interdum fuisse maioris operæ ostendit Lampridius de *Heliogabalo*. Non cubuit in accubitis facile nisi iis, quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum subalares, saepè culcitas mutans, vilioribus amicis folles pro accubitis sternebat, eosque reflabat prandentibus illis, ita ut plœrumque sub mensis inuenirentur. Primus inuenit sigma in terra sternere, non in lectulis, ut à pedibus (vtrium) vtres per pueros ad reflandum spiritum soluerentur. Accubitum igitur erat lectus perpetuus lunatus, septem, aut octo capiens, in quo fuere anaclinteria, id est, lecti partes, in quibus puluillus sustinendo capit.

De Triclinio.

A pud Græcos superior in lecto locus erat honoratior. Plutarchus in *Arato*, Antigonus Aratum ἐπέδιω τετράκινες ιαυτού, supra se collocauit. Idem *Sympo.* 1. cap. 3. locus Persis μεσούτα, medius Regis est, apud Græcos primus, Rōmanis

F f f f

ο μίσθιος

82 · · · *De Coniuinijs,*
ο μέσος καίνυς πελότων οὐ τὸν καταπόνον προσηγορίζει,
υλίμους mediū lecti quem consularē vocant, vt consul
se demittere insta cæteros videretur. Tertij lecti
primus locus est istiōlē, coniūnatoris, sub ipso est
vxor, aut filij, supra ipsum in medio lecto consul.
cap.4. ἡ διάτερης καίνυς τῇ περιήρη συναπόκτοντος ή γανία
διάλειμμα ποίου τῇ καμπῆ διδωτό φύλαν σώματος
καθάπτε, η γανίατος προσελθεῖν. Secundi lecti qui primo
iunctius angulus inter nullo facto dat custodi corporis
consulis, & scriba accessum. Imò inter alios lectos
relinquebatur aliquid spatij ministris, qui dice-
bantur ad pedes. Martial. lib.3.

At ipse retroflexus ad pedum turbam.

Idem lib.7.

Mixto lagœnam replet ad pedes vino.

Sidonius lib. 1. retrosūmque conuersus tanquam
manibus aquam postularet, tantūmque remora-
tus, quantum stibadij circulum celerantia mini-
steria percurrunt, cubitum toro reddidit. Seneca
lib.3. de benefic. Seruus qui cœnanti ad pedes stete-
rat. Sueton. in *Caligula* cap.36. Quosdam summis
honoribus functos, &c. cœnanti modò ad plu-
teum, ad pedes stare succinctos passus est. Cicero
lib. 9. ad *familiares*. Supra me Atticus, infra Ver-
rius, accubuerat medio hora nona. Infra Eutra-
pelum Cytheris accubuit. Medius locus Romæ
honoratissimus. Vxores, aut sponsa, vel amica in
sinu viri accumbabant. Zonaras de Heliogabalo,
ἡ εἰ τοῖς κόλποις ἀπὸ ὁ ἐρωτῶν ἐδείπνοτε, in sinu eius
ut amica cœnauit. Macrobius lib.3. cap.13. Duobus
tricliniis Pontifices cubuerunt nouem, in tertio
triclinio quatuor virgines Vestales, & Publicia
Flaminica, & Sempronia socrus Metelli. Valen-

Maxim.

Lib. I. Cap. XXXIV. 83

Maxim. Iouis epulo Iupiter in lectulum, Juno &
Minerua in sellas ad cenam inuitantur. Sidonius
lib. 1. epist. Primum iacebat cornu sinistro consul,
iuxta eum Magnus. Non seruatur in accubitis ea-
dem ratio quæ olim in lectis tricliniaribus, vt ex
iis quæ suprà posuimus recognoscet. Is qui primus
& ad caput lecti decumbebat summus dicebatur,
qui ad pedes imus. Seruus ad hæc,

*Inde toro pater Ennas sic orsus ab alto,
Locus summus Pontificalis. Medius locus Regis,
— Aulus iam se regina superbis*

Aurea composita sponda, mediāmque locauit.

Salustius lib.3. hist. Igitur discubuere Sertorius
inferior in medio, super eum Tuscus Fabius Hi-
spaniensis, in summo Antonius, & infra scriba Ser-
torij Versius, & alter scriba Mæcenas in imo. Me-
dius inter Tarquitium, & Ovinum Perperna. Plau-
tus in *Sticho*, Haud postulo equidem medio in
lecto accumbere, scis tu med esse imi subsellij
virum. Iosephus lib. 12. cap. 4. Hyrcanus ad men-
sam Ptolemai Ἰουκατακάνεως πάντων καταφεύγεις
ὡς πάντες ἐπ τῷ πλεινιανῷ πάντῃ τοῖς πόποις καὶ τῷ πλει-
νιανῷ πλανεύοντος. Coniuinæ παρδούτες ὅσα ἔμεσαδε
ἢ ὑρκανὲς ὡς πληρῶτες τῷ πλεινεύοντι ἀπέ τοι πάπερα,
infirmis omnium accumbere iubetur neglegitus ob etatem
puerilem ab iis qui loca ex etate assignabant. Coniuina
cumulanties ossa ante Hyrcanum, ita ut impluerint men-
sam quæ ei apposita erat. Igitur sua cuique mensa ap-
posita. Lucianus de iis qui mercede docent. οὐ
τῷ ἀπιωτάτῳ γανίᾳ ζεῦδεις κατάκειται, in angulum
viliissimum pulsus accumbet. Moris autem fuit ut cum
cenæ incaluisset pallio tegerentur. Plutarch. in
Arato, quem Antiochus supra se accumbere iussit,

F f f 2 &

& pōst paulo. cūm petiisset ἀειθόλον pallium, iussit Aratum proxime se accedere, & pueri, cūm tapes allatus esset, ambos simul eodem inuolucro texerunt, ἢ δέκατος κομιδίον ἀμφοτέρους οὐκέ τελον εἰ πάστος. Theophrastus in *Coniuio*, καλεῖ ἐρωτὴ μὴ πρῶτον, ἢ ὅπεραλός βέλος, ἢ ἐπεισέλας αὐτὸν. *Adulator* rogat an rigeat frigore, & vult amiciri pallio, & cum eodem tegit. Athenaeus lib. 1. Tyrreni coenant cum vxoribus ἀνεκτήσθοι τὸν τῷ αὐτῷ ιματίῳ, accumbentes sub eodem pallio. Iuniores Romæ inuitati ad coenam quærebant quinam ei conuiuio interfuturi essent, ne senioris aduentum discubitu præcurrerent, sublataque mensa priores consurgere, & abire patiebantur, ait Valerius Max. lib. 2. cap. 1. Amicos in sinu amantis accubuisse indicat Scipio Amilianus apud Gellium lib. 7. cap. 12. Qui vnguentatus aduersus speculum ornetur, qui barba volfa, feminibus subuolcis ambulet, qui in conuiuis adolescentulus cum amatore, cum chiridota tunica inferius accubuerit. Iuuenal is,

— gremio iacuit noua nupta mariti.

Apuleius *Miles*. 6. Maritus Psycheñ gremio suo complexus. Catullus dixit intus accubare.

Cernis et intus accubans,

Prætextate, puellula.

Ouidius lib. 1. *Amorum eleg. 4.* de viro amicæ suæ,

Ne premat ille suis finior tua colla laceris,

Mite nec in rigido pectore pone caput.

Apud Ammianum Persæ in conuiuis sedebant ensibus cincti, quem veterum Græcorum morem primi Athenienses abiecere. Apud Platoneum in *Symposio Heroës* sedebant. Item Macedones omnes. Ipse Alexander 40. duces in sedilibus argenteis

teis sedere iussit, apud Athenæum lib. 1. Homerus,

δευτέρον δὲ ἀνὰ δώματα ἀκέσσονται ἀντίδε
καὶ πάντας ἔχειν.

Coniuia domi audient Poëtam canentem, ordine sedentes. Catullus, in nuptiis Pelei,

Qui postquam nubes flexerunt sedibus artus.

Plautus in *Sticho*, potius in *Subsellio* cynicè accipiemur, quām in lectis. Nomenclatoris erat cuique suum locum assignare. Athenaeus μὲν ταῦτα ἀναστάτις ἀνεκάλυψεν εἰς ἕνα τὸ μέσον εὐρεῖαν ἀπότομην τὴν στήνων ταξίδερχην, postea surgentes accubuumus ut quisque voluit, non exspectato nomenclatore coenarum ordinatore. E lecto conuiua procumbebant in mensam vt cibum caperent, aut in cubitum se reclinabant. Plautus in *Milite*, sed procumbunt, & se percellunt dimidiati dum appetunt. Horatius,

Languidus in cubitum sese conuiua reponit.

Dimidiatos Plautus vocat, qui mediam corporis partem ē lecto in mensam protraherent. Denique triclinium tres erant lecti diuisi qui mensæ appositi quadratam figuram efficiebant, neque enim totum mensæ orbem cingebant ab omni parte, sed ex quatuor mensæ lateribus unum semper vacuum relinquebatur qua cibi inferrentur. (quod & in accubitis tenuit, vbi unus tantum lectus perpetuus fuit.) Qua medij lecti pluteus infimo & summo iungebatur in anguli flexura interuersum relictum erat, vt suprà docuimus ex Plutarchi *Sympoſio 1. cap. 3.* Apud Lampridium Heliogabalus solidò argento factos habuit lectos & tricliniares, & cubiculares, primus omnium priuatorum toros

aureis toralibus texit. In apparatu lectorum erant ἑπέληματα, quæ accumbentibus supponerentur, ἑπέληματα quæ toris, vel accumbentibus ipsis iniicerentur, ἑπέληματα quæ circumponerentur. Torale est ἑπέλημα, ἑπέλημον quod circa torum ponebarur. Horatius *Satyr.* 4. lib. 2.

Ten Tyrias dare circum illota toralia vestes.
Puluillos Lucianus in Gallo vocat ἑπωχήρια. Varro lib. 3. ling. Lat. Torale quod ante torum est. Idem tamen lib. 1. de vita P. R. apud Nonium, quod frontem lecticæ struebant ex herba torta torum, vnde id quod iniicitur toral dictum. Læuinus Torrentius vir doctus existimat per toral intelligi stramentum lecto inieatum, inuolutumque, quod in quotidiano vsu erat ac manebat, cui solemnioribus contuiis pretiosa illa stragula pro tempore circumdabantur. Ouidius,

— In medio torus est de mollibus vliis,
Vestibus hunc velant quas non nisi tempore festo
Sternere consuerant.

Sed Horatius dixit illota toralia dari circum Tyrias vestes, stragulas, vnde ἑπέλημα significari manifestum, & ἑπείπεραι. Fortasse & eo ἑπέλημα referri potest, quanquam vulgo de stragula veste exaudiuntur. Horat. *Satyr.* 3. lib. 2.

Cui stragula vestis, Blattarum ac linearum epule.
Philo Iudeus lib. de Iosepho, negat accubitionem epularem cascis illis in vsu fuisse, μή πως οὐδέποτε εἰ τοῦ συμποτικῆς συνοιάς κατακλίσεις χρωμένων. Contrà Iosephus lib. 2. origin. Iosephus, inquit, fratres δὲ δεῖπνον παρθαμβάντες, καὶ κατακλίνοντες εἰς τὴν θέσην της πατρού, ad prandium assunt, & ita accumbunt ut soliti erant apud patrem. Ipsi Essem

vitæ

vitæ austerioris homines accubuere apud Philonem pag. 616. στάδες εἰσὶν εἰγυοτέρας ὑπὸς, ἀφ' ὧν θετῆ πάντα χρυσέρωτα παπύρες & ἐλαφίες μηρός εἰστοντα καὶ τοῖς ἀλαργαῖς ἴναις ἐπερισθιντό. Siibidia sunt vilioris materie, ex quibus simplices valde & humiles culcitas papyro loci illius farciunt pauplum eminentes ad cubitos ut fulciamur. Apuleius Miles 2. aggeratis in cumulum stragulis, & effultus in cubitum, subere. Etusque in torum sic insit. Erigebantur enītē cum loqui vellent.

De Veste discubitoria.

C A P V T X X X V .

Habuere veteres discubitorias vestes, mibiles, & floridas, qualis fuit Trimalcionis, apud Petronium : Pallio coccino adrasum incluserat caput, circāque oneratas veste cernices laticlāuiam immiserat mappam fimbriis hinc atque illic pendantibus. Ibidem vocantur vestimenta cubitoria. Martiali cœnatoria.

*Pugnorum reus, ebriaque noctis
Cœnatoria mittat aduocato.*

Item :

*Iacet occupato galbanatus in lecto
Suffusus ostro, sericisque puluillis.*

Xiphilinus de Nerone, χρῶντος τὸν εἰδεῖνον ἄρδενον, ἢ σινδόνιον οὐδὲ τὸν χρᾶν τὸν. Tunica indistincta, & sudarium circa collum habens. Mutuatus est id Dio à Suetonio, cuius haec verba sunt sub finem libri 6. Ut plātrūmque synthesin induitus ligato circa col-

lum sudario prodierit in publicum sine cinctu, & discalceatus. Synthesis propriè compositionem significat vestium, aut loculamentum, in quo vestes eiusdem coloris, facturæ, materia reponebantur. *L. 38. D. de auro, & argento mundo*: quam doctissimus Dalmasius ita restituit, Quæro, an ex vniuersa veste, an ex synthesis singulas tunicas, & palliolum Sempronius eligere possit. Septem tunicæ subsericeæ coloriæ synthesis unam constituebant. Ita Martialis de vasibus paribus fictilibus dixit:

Septenaria synthesis Sagunti.

Et quia vestes tantum auratae, purpureæ, sericæ in synthesis reponebantur, ideo synthesis pro veste pretiosa ponitur. Martialis:

Et mucat innumeris arcula synthesis.

Tertullianus de pallio: Endromidis Solocem aliquæ multicia synthesis extrusit. Eadem dicuntur catacleistæ Apuleio: Ornatus niuea, & catacleista veste. & Tertulliano *lib. de pallio*. Martialis *lib. 4. epigram. 1. & lib. 5. epigr. 121.*

Synthesis dum rara ioga est.

Dicuntur & tricliniaria vestimenta, *D. de opt. legat.* Petronius: Coenatoria repetimus, & in proximam cellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant. Soleas demebant, cum accumbere vellent. Plautus *Trucnl.* Deme soleas, cedo vinum. Martialis:

*Deposui soleas, affertur protinus ingens**Inter lactucas, oxygarumque liber.*

Horatius *lib. 2. Satyr.* de Nafideno inter vina surgente,

Et soleas poscit.

Plato in *Politico*, Velamenta corporis in duo genera

nera diuidit, in σχετόμενα, seu φειδολὸν, & φειγαλύματα, seu παρολόν. Hypobolen vocat culcitam, & quidquid insternendi, aut incubandi causa paratur, tapetes, tegetes, streas, erones. Peribolen, quod iniiciendi causa paratur, vt loquitur Vlpianus, vt pallium, lenanum. Sardinia nobilis tintura. βάμψια σφρυντακόν. Varro, Cubo in Sardinianis tapetibus. Plato Comicus, καὶ φορικίσια σφρυντακάντια κοινοπορών κατάκοντα. Tapetes auibus intextis, ερεστὰ ἐλίγιατα, ζωτὰ, belluata, ἵνα κόροις ἔχη ἡ σφῶτις, ἢ ἐνάρσια, vt lectus & eleganter insterneatur, & molliter, ἐμπτάματα πηρωτὰ, vel φειράματα. quæ turres pictura, vel textura repræsentant, ζωτὰ φειράματα, belluata. Hæc autem omnia ornamento fuere lectis tricliniaribus, & cubicularibus. σφρυντακόν est inuolucrum ipsum stragulæ vestis. Augustinus *lib. 20. de Cinit. Dei*, Colligatum inuolucrum. Vestem stragulam pellibus inuoluebant, & loris constringebant, vt docetur in Pandectis tit. de supellect. legata. Appianus *lib. 3. Civil.* Αὔποτε γαῖα σφρυντακόν κατέληκε, ἢ ἐπέδηκε τοῦ μαθῆ φέρει. Antium mulier inuoluit inuolucro, & imposuit baulis mercenariis. σφρυντᾶς, & σφρυντακόν idem, vario colore distinctus fuit. Vnde libri varietate sparsi dicuntur σφρυντᾶς à Clemente Alexandrino. Piscis σφρυντᾶς Athenæo *lib. 7.* qui coloris aurei virgis toto corpore insignitus erat. Idem *lib. 1. τὰ ἀπὸ σφρυντακόν γένη* ματα, varietate læta.

De Mappis, & Linteis.

C A P V T X X X V I .

AD coenam quisque mappam suam afferebat.
Catullus :

*Marruine Afini manu sinistra
Non bellè vteris in ioco, atque vino,
Tollis linta negligenterum,
Nam sudaria Setaba ex Iberis, &c.*

Mantela linteum est, quo manus extergitur, & mantelum, mantele. Vopiscus in Aureliano, Mantelia Cypria. Pollux, λέσια τὸ ιπάλων τὰ μάτια ἔχοντα χειρόμαντα ὡς ἀπὸ τὸ δασὸν πλεύθερον εἶδεν κατὰ τὰς ὄνουμαζούσας μαρτέλας ἦτορ καλεῖν. Virgilius:

— tonsisque ferunt mantilia villis.

Seruius: Mantelia, quibus manus terguntur. Dicuntur & mappæ. Glossa: Mappa χειρόμαντος. Plinius lib. 7. cap. 2. Anthropophagos cutibus capitum cum capillo pro mantelibus ante pectora vti, id est, mappis, & linteis. Sed & linteis mensæ tectæ. Martialis de gauſapa, seu manteli,

Nobilitus villosa tegant tibi linta citram.

Quidam palliis ex lana tergebantur. Petronius: Iam Trimalcio vnguento perfusus tergebatur, non linteis, sed palliis ex mollissima lana factis. Martialis de mappa, seu mantili,

Ad coenam Hermogenes mappam non attulit unquam,

A cena semper retulit Hermogenes.

Item :

*Attulerat mappam nemo, dum farta immentur,
Mantele ē mensa surripit. Hermogenes.*

Item.

Item :

Et vani triples, brevesque mappæ.

Mantele saepe pro mensæ integumento. Lampridius de Heliogabalo, Tot picta mantelia in mensam mittebat. Idem de Alexander, Ita tamen, ut pura mantilia mitterentur, scilicet in mensam. Apud Trebellium: Gallienus mantilibus aureis semper stravit. Isidorus: Mantelia nunc pro operiendis mensis sunt, quæ, ut nomen ipsum indicat, olim tergendis manibus præbebantur. Martialis:

Sed mappa cum iam mille rumpitur furtis.

Lucianus in Lapithis, τὸν δόντον τελεστὸν ἐπεχείρη, τὸ
ἴ ποὺς ἔχει τὸ ζυνθόμανθο μεσὶν τὸν παραδοκόν κρεῶν.
Mappam per vim tollere conabatur, quam plenam
carnibus omnis generis puer Zenothemidis habebat.
Apud Lampridium, Heliogabalus linteamen lo-
tum nunquam attigit, mendicos dicens, qui lin-
teis lotis vterentur. Sidonius lib. 9. epigr. 13. de or-
natu cœne,

*Nive pulchriora lina Gerat orbis, atque lauris,
Hederisque, pampinisque Viridianibus regatur,
Cytisos, crocos, amellos, Casias, ligustra, calichas,
Calathi ferant capaces, Redolentibusque fertis
Abacū, thoroisque pingant, Minus uncta succo amomi
Domet hispidos capillos.*

Varro lib. 8. de lingua Latina, Quis facit mappas tricliniares inter se non similes? Apud Lampri-
dium, Alexander Seuerus cocco clauatis mantili-
bus mensas sternebat, non auratis, ut Helioga-
balus, id est, auro clauatis, χειροτροποι. Ammianus
Marcellinus: Cum ad lautum conuiuium, & mun-
dum venisset, qualia sunt in Aquitanis plurima,
cum vidisset linteorum toralium par, duos clauso
ita

ita latissimos, ut sibi cohæcerent. Alexander Seurus dicebat, si linteæ ideo sunt, ut nihil habeant asperum, quid opus est purpura? Q. Curtius lib. 9. Centum aurei lecti modicis interuallis positi erant. Lectos circumdederant aulæa, purpura, auróque fulgentia. Lib. Esther cap. 1. In conuiuio Af-sueri πλίνιος χρυσοῦ, ἡ ἀργυρᾶ ἐν αὐλῇ κεκοσμηθεῖσα βουτίοις, ἡ καρπάσιοις τεταράδροις. Lecti aurei, & argentei in aula ornata byssinis, & carbasinis extensis. Themistius in Epitaphio, κατακλίνεις ἢ διὰ σιδέρου ἐφραύγηνται, τάπησι, ἡ πορφύρα, ἡ τσάπλανη θερινὴ οὐκετινή. Accumbis in fibadio tapetibus, & purpura strato, & posita mensa Sicula.

De Mensis.

C A P V T X X X V I .

Mensæ aliæ fuere quadratae, quædam lunatae, nonnullæ rotundæ. Varro lib. 4. de lingua Latina, Mensa escaria dicitur cibilla à cibis. Ea erat quadrata, ut etiam nunc in castris, post rotunda facta. De lunatis diximus suprà ex Ditraaro. Rotundos vocat orbes. Martialis lib. 9. epigr. 60. Statius lib. 1. Thebaid. teretes mensas vocat. Iuuenal. Sat. 11.

— magnos nisi sustinet orbes

Grande ebur, & vasto sublimis pardus hiatus.

Martialis :

Oribus in nostris circulus esse potest.

Circulum vocat incitegam, in qua vasæ repone-rentur, ne mensa inficeretur. Idem meminit aureæ mensæ lib. 3. epigr. 31.

Susten-

Lib. I. Cap. XXXVII. 93

Sustentaque tuas aurea mensa dapes.

Stabant mensæ illæ pedibus argenteis, aut ebuneis. Iuuenal. Satyr. 11.

— nam pes argenteus illis.

Martialis lib. 9. epigr. 29.

Vt Mauri Libycis centum stent dentibus orbes.

Petronius :

— ecce Afris eruta terris

Citreæ mensæ, greges seruorum, ostrarumque renidens
Ponitur, ac maculis mutatur vilibus aurum.

Lucanus lib. 10.

Dentibus hic niueis sectes Atlantide sylva

Imposuere orbes.

In colloquiis cottidianis mensas verrunt, deinde bibunt. Αἴτε ὑδωρ εἰς χεῖρας, κατάμαξον τὸν ογκότερον. Seneca lib. 7. de benefic. cap. 9. Video elaboratam scrupulosa distinctione testudinem, & foedissimorum, pigerimorūmque animalium testas ingentibus pretiis emptas, in quibus ipsa illa, quæ placet varietas subditis medicamentis in similitudinem veri coloratur. Video istic mensas, & æstimatim lignum Senatoris censu, eo pretiosius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas torcit. Tertullianus lib. de pallio. M. Tullius quingentis millibus numinum orbem citri emit. Bis tantum Afinius Gallus numerat. Seneca lib. 3. de ira, Qui mensam nisi crebris distinctam notis. Repositaria dicuntur ea, in quibus reponebantur mensæ, ταπεζοφόρα. Plinius lib. 33. cap. 11. Iam verò & mensas repositorii imponimus, & ad sustinenda obsonia interradimus latera; nec interest, quantum lima perdiditerit. Repositorii argentum addi sua memoria cœptum Fenestella dicit. Sed & testudina-

tum

tum in vsum venisse. Ante se autem paulò lignea rotunda solida, nec multo maiora, quām mensas fuisse. Se quidem puero quadrata, & compacta, aut acere operta, aut citro cepisse, mox additum argentum in angulos, lineaſque per commissuras. Homerus solas mensas quadratas, quas vocat ξενος agnoscit. Latini cibillam, aut cilibam, ~~zimba~~ ēcavam.

Ἄλλη δὲ ξενὸν ἐτίνατε τράπεζαν.

Aliæ orbiculatae, quia mundus orbiculatus, ut Athenaeus lib. 9. πλὴν τράπεζαν κυκλοῦν κατεσθάνουσαν οἱ παλαιοὶ πατέρεθνοι ἢ κόσμον ἔτι σφιεγεῖσθν. Strabo lib. 17. μονοζύγιας τράπεζας ποιήσας ἢ μεγάσ. Romæ ex uno ligno fieri ait petito è Mauritania. Erant monopodia, mensæ bipedes, & tripedes, ut Plinius lib. 34. cap. 3. Martialis lib. 12.

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa.

Horatius lib. 1. Serm.

— modo sit mihi mensa tripes, &

Concha salis puri.

Cratino dicitur τειχελής. Erant & quadripedes, quæ tamen tripodes dicerentur. Vnde & τράπεζα, quasi τριπάπεζα. Epicharmus, εἰσὶ τείπτες ἀλλ' οἵμαι τετράπτες, εἰσὶ δὲ οἴμαι ὀντῆς τείπτες. Varroni lib. 4. de lingua Latina. Mensa vinaria cylibantum, altera mensa vinaria lapidea quadrata oblonga, vna columella dicta cartibulum. Hæc in ædibus ad compluuum apud multos me puero ponebatur & tina, & cum ea ænea vase. Apuleius Miles. 2. abacum pro escaria mensa posuit: Abacum, inquit, ad pascua iurulenta.

Rursum

Rursum de Mensis.

C A P V T X X X V I I I .

Mensæ villaticis, & agricolis ferè erant cæspititiae. Tibullus lib. 2. eleg. 6.

*At sibi quisque dapes, & festas exstruet alie
Cæspitibus mensas, cæspitibusque toros.*

Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut.

Viridique torus de fronde, dapseſque.

Tori quidam farciebantur vluis palustribus, sed ex vluis mensæ non siebant, quod voluere quidam. Ouidius lib. 5. Faſtor.

Tunc dabat exiguum fluminis vnda torum.

Lautiorum fuere mensæ acernæ. Martialis lib. 14. de mensa acerna:

Non sum crispa quidam, nec silue filia Maure,

Sed norunt lautas & mea ligna dapes.

Apud Virgilium lib. 8. Æneid. Latinus Rex Æneam folio inuitat acerno. Postea luxu cum opibus augeante mensæ cedrinæ, citræ, eburnæ, testudinæ, argenteæ, aureæ fuere. Plinius lib. 13. cap. 15. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor cedri, & mensarum insania. Petronius:

Citræ mensæ, greges seruorum, oſtrūmque recludens

Ponit, ac maculis initatur vilibus aurum.

Plinius lib. 16. cap. 43. Excogitatæ sunt & ligni bracteæ, nec satis, cœpere tingi animalium cornua, dentes secari, lignumque ebore distingui, mox operiri. Iuuinalis Satyr. 11. de testudine:

Qualis in Oceani fluctu testudo nataret,

Clarum Troiugenis factura, ac nobile fulcrum:

Sed

*Sed nudo latere, & paruis frons area lectis.
Vile coronati caput ostendebat aselli,
Ad quod lascini ludebant ruris alumni.*

Papinianus l.9. Digest. de supellectili legata, Mensas argenteas, vel argento inclusas coramemorat, id est, laminis argenteis tectas. Martialis lib. 8. epigramm. 33.

Et creper in nostris aurea lamna toris.

Per initia mensæ quadratae fuere, teste Plinio lib. 33. cap. 11. & Varrone lib. 4. de lingua Latina, qui à cibo cibillas vocat. Pessimè quidam illud Virgilij lib. 7. Aeneid.

Patulis nec parcere quadris.

de mensis quadratis intelligent, quod de quadris panum accipiendum, vt illud Iuuenalis Satyr. 5.

Vi bona summa putes aliena viuere quadra.

Etymologicum bene, αὐτῷ πλαῖσιον τράπεζαι τετράγωναι, Veterum mensæ quadrangulae. Deinde mensæ fuere rotundæ, quædam etiam semicirculares. Dampsterus hæc verba Pollucis lib. 6. cap. 1. ιωνάν), στιβάδες, ἡμικύκλια, κλινήτες, χαρδίνια, χαρδίνη, de mensis semicircularibus accipienda putat, & ex illis verbis probat mensas quædam fuisse semicirculares. Pessimè. Verba enim Pollucis sunt exaudienda de stibadiis, accubitis, & lectis semicircularibus humilibus, quæ dicuntur sigma. Petrus Rauennas serm. 29. & 83. & 93. non loquitur de mensa semicirculari, sed de lecto semicirculari, qui dicitur sigma, vt alibi ostendimus. Id euincit S. Paulinus de vita S. Martini.

*Hos inter medius qua sigma flectitur orbe,
Presbyter accubuit.*

Iea & Martialis intelligendus lib. 14. epigr. 87.

Accipe

*Accipe lunata scriptum testudine sigma,
Oto capit, veniat quisquis amicus erit.*

Triclinium ostendi contra Seruum dici cœnacionem interdum, & conclave vbi cœnitabant. Cuperoplates lib. de officiis Conf. ἐπεὶ δὲ βασιλεὺς πεντάνυις ἔτες τρέχει εἰ τὸ τρικλινῖον πάντων πατεσθῆναι ἀπέκτυτον. Quia autem Imperator quinque anno comedit in triclinio, abstantibus omnibus magistratibus. Ibidem disertius, μηδὲ τοῖν τοῖν ἀντίχειον δὴ τὸ τρικλινῖον τὸ λεγόμενον δωμάτιον, τοῦτος ἡ αὐγήστερα ἀφορῶντα. Postea igitur ascendit triclinium Thomaites, quod ad augustale spectat. Id triclinium conflagravit sub Irene. Petronius: Iam ad triclinium veneramus, in cuius parte prima procurator rationes accipiebat. Sed ad mensas redeamus. Mensas gausape tergebant. Lucilius:

Purpureo terstu tunc latas gausape mensas.

Horatius Satyr. vlt. lib. 2.

— puer altè cinctus acernam,

*Gausape purpureo mensam pertersit, & alter
Sublegit, quodcumque iaceret inutile, quodque*

Posset cœnantes offendere.

Quum enim antecœnarium sublatum esset, mensæ tergebantur gausapa. Veteres foris cœnitasse, nec mensam omnino sustulisse, sed semper aliquid super mensa reliquisse docent. Plutarchus in question. Rom. & in Symposiaco. & Macrobius, aëm' n.

De Mensis tricliniaribus.

C A P V T X X X I X.

Mensæ quædam, vt diximus, fuere orbicularæ. Dicuntur à metiendo quasi dimensæ, G g g quia

quia iusta fuit eis mensura. Dicuntur orbes. Martialis lib. 9.

Inde satur mensas, & apertos excut orbes,

Expositumque altè pingue poposcit ebur.

Mensas teretes vocat Statius lib. 3. *Thebaid.*

Pars auro tenues, oſtrōque ſonantes

Emunire toros, altoſq; inferre tapetes,

Pars teretes leuare manu, ac diſponere mensas.

Martialis lib. 2.

Tu Libycos Indis ſuſpendis dentibus orbes.

Petrus Faber lib. 3. ſemel. cap. 25. orbes mensarum esse vult proiecturas quasdam, ſive supercilia, oris, marginibus, ac limbis mensarum, ſive pediculorum, cum iphis, cominilluræ, atque iuncturæ obtegenda gratia orbiculatum adhiberi solita, sed quæ ſint exemplilia, cum ſine iphis mensæ conſttere poſſint. Eo refert in mensa panum propositio- nis κυριανα σπειδ, Exodi 25. κυριω quæ S. Hieronymus exponit coronam per circuitum. Malim eſſe labium mensæ vndulatum in ambitum. Idem Faber ad hoc carmen Iuuenal.

Qui Lacedemonium pityfmate lubricat orbem.

Orbem eiusmodi proiecturam, & supercilium eſſe putat, & cum Mureto legit pettemate. Malè. Omnino Iuuenalis eo loci orbem vocat ſectile paui- mentum marmoreum orbiculatum. Vetus Scholias- tes Iuuenalis, orbicularem Tænarij marmoris crux tam interpretatur. Itaque legendum Pityfmate à voce Græca μηλω, id est, ſputo, quia cùm pitifſarent, & gustarent, experienturque vina, expuebant deinde in paumenta ſectilia, de quibus Vitruvius lib. 7. cap. 1. Si tefleris ſtructum erit, vt omnes angulos habeant æquales, nullibique à fri-

catura

catura extantes. Earum enim uolum retinebant tum modicæ fortunæ viri, deinde quadratis, ſeu ſcutulis, adiecere ſcutulas & orbes, ſeu ſpecula, & θελωτα, id est, ſegmenta triquetra, & fauos, id est hexa- gula. Apuleius, paumenta ipſa lapide pretioſo cæſim deminuto in varia picturæ geneta diſcri- minantur. Cicero pro domo ſua dixit porticum ſuam fuilſe paumentatam. Eustathius Odyſſ. l. 10. Λιθόγρατον, quia λιθος de lapide pretioſo dicitur. ſicutula illæ & tefleræ dicuntur abaci, vt alibi ostendimus. Athenæus lib. 5. πάντα τὰ πάντα διπέ- ñer ἐξερ ē ἀλαζονος οὐκείμενον ἐκ πεντού τελών. Iſta omnia ſolum habebant in teſſellis ex omni genere lapillorum. Eustathius επινοιος διπέ- ον ἀλαζ, ἀλαζον, ὅπερ id est τὸ τέλον ἡδων ὁμοιογένειον ἔχοντος ἀλαζ. Abacus non tantum dicitur in tabulariis, ſed & in lapidibus ſectis forma lignorum abacorum. Sed vt ad pityfma redeamus, per pityfma corrabisnum intelligit Iofephus Scaliger. Athenæus lib. 11. αρχες τὸ τέλος οἷος κατεπιδάσσοντο παχυτερεῖς, ἵνα πάν- τες ἐπὶ τῷ μέσον τὸ κοπῆα πέντε οὐ τοῦ ἀποδηματικοῦ (ἀποδηματικοῦ malim) ἵσται τὸ πάντα ὁμοιῶν ἀγαριζεύτο τοῖς vires. Ad hac coationes instruebantur orbiculata, ut omnes corrabo poſuo in medio ex equali interuallo, & locis ſimilibus certarent de victoria. Archedicus in Thesauro,

διαπνειστει εἴροι τὸ τέλον χάρακα.

Exſpūnt in paumentum humi vinum hoc. διαπνει- pitiffare. Glossæ ad Terentium, Pitiffando, ex- preſſis labris exprimendo, dum ſaporem vini pro- bat. Etymolog. πηλω φέρει τὸ πήλω, πηληφω φέρει, τὴ ἀποβολὴ τὸ πηλω. Vitruvius lib. 7. cap. 4. Quod poculis & pityfmatiſ effunditur. Iam verò

de mensis bene Plutarchus lib. 7. sympos. μήμητα τῆς τε τρέπεται. περὶ δὲ τὸ τρέφειν οὐκάς ἡ γεννήση, ἡ μόνιμος θάτη, ἡ καλῶς τὸ εἶναι εἰσια καλῖται. *Imitamentum terrae mensam esse.* Nam praterquam quod nos alit, rotunda est, & firma, & bene à quibusdam dicatur *Vesta*. Ita & Clemens Alexandr. lib. 6. Stromat. γῆς ἢ οἴμαι εἴκονα τρέπεται θυλᾶς τέλετος ἐπιγενομένη ποσὶ, mensa imaginem exhibet terra quatuor pedibus insidens, vnde & τρέπεται quasi τρέπεται, à quatuor pedibus. Athenaeus lib. 11. Veteres persuasi mundum esse orbiculatum ex forma Solis & Lunæ mensam circularem expresserunt, & tripodas diis sacros habentes trochiscos, seu rotundulas, & astra, τείποδας τὰς τοῖς Δεοῖς καθαγιζομένας φέρεις κυκλοπεῖς, ἡ ἀσέρας ἔχοντας. In verbis Homeris,
ὅπερεντε τρέπεται,
καλὺν, κανόπεται, ἔπεον.

Composuit mensam pulcram Cyaneis pedibus bene ranson. Audio Eustathium, θυλᾶς δὲ & μόνον τελῶνας ψάνεις τούτους, ἀλλὰ ἡ τὸ ἔχοντα κανόναν τὸ πέζαν, ὁ ἵστη, τὸ ἔξω κύρχον, significat autem non tantum habentem pedes magros, sed & nigellam oram, seu circumulum extrinsecum. Sed circulus ille extrinsecus orbicularis mensæ limbus, & coronamentum fuit. Fuerunt & mensæ rotundæ non ex pluribus lignis coagmentatis, & apte vinclis, sed ex uno, & solo do circulo quas μονοκόκκας vocant. Pollux lib. 10. *Onomast.* cap. 23. ἡ τοῖς Δημοσίεσσι τὸ τρέπεται πις μονοκόκκα (πέζας), ἡ μίλια τὰ διπτεντέλη τοῖς τείποσι, τρέπεται καλῦται, ἡ μαγίδες. *In publica autem auctione etiam mensa quadam unico circulo constans vendita est.* Verumtamen etiam ea que tripodibus imponuntur mensa vocantur, & magides. Idem ἐπίδημα

τὸ τείποδε τὸ κύκλον ἡ διλμὸν vocat, mensam circularem tribus pedibus insidentem, vocat circulum, & olmum. Ita tripodis Delphici operculum cui insidet vates olmon, circulum, mensam circularem vocari ait. Mensa describitur lib. 4. *Græcorum epigramm.* cap. 32. epigr. 10. habens 12. signa quale est repositorym Petronij,

ἀρχήρεθρον πόλιθον ἔτι φαίνεται σεβλίτη
δέρκει, ἀνποτίπων πιμπλαδίμην φάσσων,
ἀπλανές δὲ ἐγύπτερον ἡ ἀντιθέοντες ἀλῆται
ἀνδρούτην γλεῦν πάσσου ἀγενον πύχλων.

Argenteum hic cœlum est, ubi Solem Luna intuetur plena lumine radiorum Solis oppositi. Utinque fixa stella & errores contra currentes humani generis omnem formunam ducunt. Titulus est eis μυσθεοντος τὸ διδοῦσα ζώδια, in mensulam habentem 12. signa. E testudinibus mensas & lectos fecere. Martialis lib. 9.

Et testudinem mensus quater exadlinon

Ingemit circa non satis esse suo.

Lucianus in Asino, κάινον τοῦ μεράλιου ἀπὸ χελόνης ἴνδινον. Lectus magnus ē testudine Indica. Clemens Alexandr. χελόναις πεποιηθείσας κότας. Lectos factos ē testudinibus. Philo de vita contemplat. reclinaria λεπιδούλητα, triclinia ē lapillis coagmentata. Plinius lib. 13. cap. 16. Excogitatæ sunt & ligni bractæ, testudo in hoc secta, nupérque portentosis ingeniis principatu Neronis inuentum ut pigmentis perderet se, plurisque veniret imitata lignum. Sic lectis pretia queruntur, sic terebinthum vinci iubent, sic citrum pretiosius fieri, sic acer despici. Lucianus de sellis & accubitis in Lexiphane, καπελὴν καρὸς τοῦ ἐπ' ἀκινθον θεμενηνθεῖν, ἐκεντο δὲ ὀχαστέαι τὸ ἀσκάνιον, atque ubi iam tempus erat in cubitos

inclinati cœnabamus. Erant autem sella & accubita semirotunda.

De Rege Conuiuij.

C A P V T X L.

Rex conuiuij unus aliquis sorte solitus eligi, aut corona imposta, qui modum bibendi poneret. Horatius:

Quem Venus arbitrum dicit bibendi.

Item:

Nec regna vini sortiere talis.

Lucianus in *Sacerdote*, & *Chrono*: ἐπὶ τῷ βασιλέα μόνον ἐφ' ἀπόλυτον γνώσθε τὸν ἀρεταῖον κρατήσαντα ὡς μάκτη δημοχείου γελοῖα δητάγματα, τῷ ὀπώς δητάζειν ἔχει. *Adbuc eum Regem supra omnes esse*, qui iactu tali visceret, ut non tibi aliquid ridiculi imperetur, sed alijs imperes. τῷ μὲν αἰցάλῳ περὶ ὄπης ἀναβούται, τῷ δὲ γυμνῷ ὀρχούσθαι, καὶ ἀράδιον τῷ αὐλαρτεῖ τῆς τῷ οἰκιαν φεύγειν. Alteri, ut turpe aliquid de seipso proclameret; alteri, ut nudus saltet, & sumens tibicinam ter domum circumneat. Immò & sortes iaciebantur de loco, in quo quisque accumberet, & de genere cœnæ pro literarum varietate, quæ cuique obtigisset, Suida auctore. Interdum sine sorte Conuiuij Rex à conuiuatore dicebatur. Varro lib. 20. *rерum humanar.* In conuiuiis, qui sunt instituti, potandi Modimperatores magistri. Idem oxygarum ordinabant. Siodnius Regem conuiuij vocat ep. 13. lib. 2. Idem lib. 9. ep. 13. Dum Rex conuiuij circa ordinandum moras necit. Sed ea vox latius patet, quam Modimperatoris.

ratoris. Laertius in *Empedocle*, vocat Symposiarum: Minister, inquit, Senatus fuit Rex conuiuij à conuiuatore constitutus, qui accusatus est ab Empedocle tyrannidis, cum eum iussisset bibere, aut ni biberet, vinum in eius caput effundi. ἐγένετο συμποσίαρχος τὸν κεκληκότον καταστραῦτος, ὃς νοτιζάφετο περινίδης ἀρχῆς. ἐκάλεσε τὸν τίκτεντα, τὸν καταστραῦτον τὸν καραλέα. Interdum ij, quibus corona imposta esset, Reges siebant. Plutarchus *Sympoſ. 1. cap. 4. σερανηφρεγμῆτες* (-ἐποιεύτε) συμποσίαρχοι. Apud Ciceronem Cato maior ait, Magisteria mea delectant à maioribus instituta; & is sermo, qui more maiorum à summo adhibetur in poculis, & pocula minuta, atque rotantia, hymenē Sol hibernus, aut ignis. Modimperator Romæ lege Posthumia institui solitus. Catullus:

Ingere mi calices amariores,

Vt lex Posthumia iubet magistra.

Ausonius in *Ephemeride*, Sex conuiuum cum Rege iustum. Macrobius lib. 1. *Saturn. cap. 7. lib. 2. cap. 1.* Regem conuiuij Regem mensæ appellat. Alij fure re apud Platonem Mnemones, qui conuiuas, ne se nimio vino proluarent, legis symposiæ admonerent. Idem dicti & ὁ φειλούσι, oculi, quia inspicent bibentes. Ecclesiastici 32. Conuiuij vini fit mentio, sed non aperte conuiuij Rex commemoratur. LXX. ita vertunt, εὐ συμποσίῳ οἴνος μὴ ἐξέχειν τὸ πλούσιον, τὸ μὴ ἐξεδεύοντος αὐτὸν εὐ συφρεσσωμὴ αὐτοῦ. δόγμαν εὐτελοῦν μὴ εἴπης αὐτῷ, τὸ μὴ αὐτῷ θλίψῃς. εὐ ἀπατήσεις αὐτοῦ. ἡγέρευσθαι τοι κατέστως, μὴ, ἐπορεύεσθαι εἰς αὐτῷ. *In conuiuio vini ne arguas proximum, & ne eum vilipendas in latitia, ne probrum ei dixeris, ne eum premas in occurſu eius; in Rectorum te*

constituerunt, ne extollaris, esto in ipsis ut unus eorum. Vulgata versio habet, Rectorem te posuerunt, noli extollis, esto in illis quasi unus ex ipsis, curam illorum habe, & sic considera, & omni cura tua explicita recumbe, ut leteris propter illos, ut ornamentum gratie accipias, & dignationem consequaris corrogationis. LXX. Interpretes, ἡναὶ δοφαρθῆσθαι αὐτοῖς, οὐδὲ κορωνίας χάιειν λέγεις σέφανον. Omnino Rectorem conuiuij intelligit, cui & in Iudeis imposita corona, & corrogatio illa significat ἐπανομή, ut morem illum constituendi Regis in conuiuiis latissimè pertinuisse intelligas. Themistius serm. vlt. r̄t̄vōn βασιλέα ἐκ αἱρέτης αἱρεπόντες εἰς συμποσίῳ ἐκ μέδιας οὐ πληνομήν ἀπέχουσι, διπλεῖσθαι τηνα βασιλέα, ἐκ εἰς μακρὸν οἱ μαζόνιοι μᾶς τῶν κρουτιλῶν, ὃντες εἰς κρονίοις. Hunc igitur Regem homines cum in conuiuio per ebrietatem, & crapulam simpliciter elegissent, Regem quemdam conuiuij qui brevi pœnas erat daturus post crapulam, ut in Saturnalibus. Quia per Saturnalia serui de more conuiuij Regem unum aliquem ex suis eligebant, qui postea, si quid temere egisset, castigabatur a domino. Cicero in Verrem, Iste enim Prætor seuerus, ac diligens, qui populi Romani legibus nunquam paruissebat, illis diligenter legibus, quae in poculis ponebantur, obtemperabat. Plinius lib. 14. legem Posthumiam Regis Numæ commemorat, quæ est hæc, Vino rogum ne resperrito. Quidam verba illa Lampridij de Heliogabalo ad magistrum conuiuij referunt. Præfectum vrbicum sèpe post cœnam ad potandum vocabat, adhibitis Præfectis prætorio; ita ut si recusarent, magistri eos cogerent. Malè. Magistri officiorum intelligendi sunt, quorum mentio fit a Spartiano in Pescennino. Neque enim plures

plures magistri conuiuij in uno conuiuio siebant. Deinde non erat conuiuium Heliogabali, sed commissatio post cœnam. Tapulla dicitur arbiter, & magister conuiuij. Festus Tapullam legem conuiualem, quia tapulo, seu mensæ præcesset. Lucilius:

Tapullam ridem legem congerie opini.

Vcl, vt alij, conceræ, alij congeræ. Quidam Tapullam legem à Tapulla auctore dictam augurantur. Alij tapulum, & tapulum, à tabula. Nam & Glosæ sigma tabulam interpretantur. Cicero lib. 3. in Verrem. Eratque lex lata, vt aut biberent, aut discederent. Tūsculan. 5. Mihi quidem in vita seruanda illa lex, quæ in Græcorum conuiuiis obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. Delendum forte (inquit.) Bibit Verres Græco more, quem expōnit Asconius ad lib. 3. in Verrem, Græco more bibere est cum cyathis mero plenis saltare, & primò Deos, deinde amicos suos nominantes toties merum bibere, quoties Deum, & caros nominatiū vocant. Acron ad Oden 19. lib. 3. Horatij: Hoc modo veteres festiuitatem conuiuitorum celebrare consueuerant, vt singulos vini cyathos sub singulorum Deorum, aut carissimorum hominum nomine in poculis apponi iubarent. Alia lex ponit solita, vt de summo biberent. Plautus in Asinaria, Da puere ab summo, id est, vt omnes à summo ad imum, ordine, & tantumdem biberent. Poculum erat siccandum, ne quid in fundo maneret. Petronius, Quod amica se non dimisisset, nisi tribus potionibus è lege siccatis. Iuuenalis Satyr. 5.

Siccabat calicem nasorum quatuor.

Bibebant autem amicorum memores, quibus multos annos precati. Ouidius lib. 3. Fastor.

*Sole tamen, vinōque calent, annōisque precanit,
Quo sumunt cyathos, ad numerūmque bibunt.
Inuenies illuc qui Nestoris ebibat annos,
Que sūt per calices fālā Sibylla suos.*

Horatius lib. 3. Ode 19.

*Da Luna properē noue,
Da noctis media, da puer auguris
Myrene.*

Martialis lib. 8. epigr. 51.

Det numerum cyathis instantis littera Rūsi.

Horatius lib. 4. Ode 5.

*Tē mensis adhibet Deum,
Te multa prece, te prosequitur mero
Defuso pateris.*

Martialis lib. 1. epigr. 72.

*Nenia sex cyathis, septem Instina bibantur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.*

Omnis ab infuso numeretur amica Falerno.

Sed redeamus ad magisterum bibendi, qui Plauto dicitur *Dictator*, ἐραρέργος, στατὺρος, συμποσίαρχος. In Sticho, Strategum te facio huic conuiuio. Plutarchus in *Catone*, docet sortem iaci solitam, de partibus cœnæ, εν τῷ τοῖς δεῖπνοις ἐκληρότο φέρει τῇ μεσίδων. εἰ δὲ ἀπολέχει, περιστον αἱρεῖν τῇ φίλων κελάδόντων ἔλεγε μὴ καλῶς ἔχειν, ἀκόντιος δὲ ἀφερεῖται. In cœnis sorteabatur de partibus. Quod si ei sors non obigisset, primum eligere amicis iubentibus, dicebat non bene habere, inuitio Veneris iactu. μεσίδις, illæ partes, erant ciborum partes, quarum alia vñctiores, alia minus vñctæ. Interdum imposta corona Rex creabatur. Plautus *Perse*,

*Do hanc tibi florentem florenii, tu hic eris
Dictatrix nobis.*

Varro

Varro lib. 4. de lingua Latina, Præterea in poculis erant patere, eo quod pateant latius, ita dictæ. Hisce etiam nunc in publico conuiuio antiquitatis retinendæ causa, cum magistri sunt, potio circumfertur, & in sacrificando hoc poculo magistratus dat Deo vinum. Laërtius ἐπαράργων vocat in epulo per symbolas.

De lauandis Manibus.

C A P V T X L I .

MOris fuit, ut conuiuæ, antequam accumberent, lauarent. Ad singulos missus lauabant, & post cœnam propriè dicitur οὐδεὶς καὶ χειρός. Athenaeus lib. 9. τὸ μὲν ἄριστον, καὶ δεῖπνος λέγεται καὶ χειρός, τὸ δὲ μὲν ταῦτα ἀπορίᾳδε. Vide eundem lib. 6. Aristophanes tamen dixit in *Vespis*, οὐδεὶς καὶ χειρός μὲν ταῦτα εἰσφέρειν. Caper Grammaticus, In manus aquam poscimus. Scholiares Aristophanis in *Vespis*, Post cibum sumptum dicunt, ἀπονήσονται δέ τι πάντα. (lege δέ) Post cœnam lauabant, deinde vnguenta exhibebantur, quod Plato vocat πυραχθεῖν νίσσην, τατίσσην μέλειν. Athenaeus lib. 9. λίτεσν Attici, alij νίτεσν. Caſaubonus legendum putat νίτεσν, vel λεῖσν, quia νίτεσν propriè de lotione post epulas. Ante cœnam lauandis manibus potuit nitrum adhiberi, non post cœnam. Immò, ut magdaliæ, ita & nitrum post cœnam. Athenaeus lib. 4. cap. 1. & Lampridius in *Heliogabalo*, ad singulos missus lauasse aiunt. Vnde lautia Festo, magnificientia epularum.

Sidonius

Sidonius lib. 1. ep. 11. Retrorsumque conuerſus tamquam manibus aquam poscerem. Paulinus lib. 4. de S. Martino, Imperatix Maximi vxor,

Apponit mensam, sellam locat, ingerit ultrò

Linteum siccandis manibus, lymphāisque lauandis,

Escas perspicuis properat deferre canistris:

Et quamquam officiis nunquam defessa vacasset,

Supplebat ingem standi virtute laborem.

Eustathius, ἀπομαγδαλὰ, καὶ ἀπομάγδαλις, θῶμος, ἡ σύν δι' εἰ μηδεῖσπον ἐξεμάθην τὸν χειρῶν ὑπότον, ἢ ἔφερτον τοῖς χυτοῖς, οὐδὲν απὸ μαγδαλᾶς οὐτείδις λέγοντο οἱ ῥυπερώς βίοντες. Pag. 1857. 1887. Græci χέρια, χερνία, χερνίαι, χερνίπλει vocant. Athenaeus lib. 9. ἐχέαντο δὲ εἰς τὰς χεῖρας ἀποπλωύοντες αὐτὰς καὶ σμύγματα ἀπορρύψαντο κάτιν. Δώδεκα τὰς χεῖρας κατεχόντο τὰς ἀπομαγδαλᾶς τοὺς ἀπιδιοντες, ἃς οἱ λεπτοίσινοι λέγουσι κωνάδες. Utibantur autem smygmate manus abluentes, ut fôrdes purgarent. Rebus odoratis manus inungebant, segmenta magdalæ negligentes, quas Lacunes vocant cynadas, id est, canum offas. Apud Athenæum λίτειν, seu vîtes retineam libenter, quia nihil efficacius nitro ad manus, & ipsum corpus purgandum. In sacris literis: Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, Hieremia cap. 2. Athanasius serm. de virginit. ὅταν νίτης τὸ περστάτην σε, νίτην δὲ μόνο χερού, ἐδὲ μὴ ἐπειτὴ τὰ μέλλεα τὸ ὄψιός σε, ἐδὲ μὴ βάλῃς πόσαν, ἐδὲ νίτεσν. Cum lauabis faciem tuam, lauare diuibus manus, neque trineris malas vultus tui, neque herbam, aut nūrum iniiceris. Athenaeus lib. 9. ἀπόνιπλει τὸ ὄπινιμα τὸν χειρῶν, καὶ τὸν πασῶν, χειρόμακέν, ἀνδλιον. Aponiprum aqua lauandis manus, & pedibus, mantile, linteum. Hesychius, μετανιπλει, μετάνιπλει,

ἢ εὖ τὸ δέιπνον, ἵππην νίτοντο μεθιλήν καλεῖ. Metanipris poculum, quod datur post cœnam, cum lauerint. Archestratus,

*χέρια δὲ αἴτια δύραζε φέρει, σερανώματα δὲ εἶσα
εὐεῖδης παδίης χερού λάχυνα κόρη.*

Aquam, qua lauerunt manus, ferat foras, & coronamenta intrò pulchra lacena, puerilla teneris manus. Homerus Odys. 1.

*χέρια δὲ ἀμφίπολος περιχώρα ἐπέχει φέρει
καλῆ χειρούν τοῦτο ἀργυρίου λίτειν.*

Aquam manus ancilla guttiurnio infundebat pulcro, aureo, super lebeiem argenteum. Iliad. a.

— — — — — οὐ δὲ παρέστη

*χέριον ἀμφίπολος, περιχώρα δὲ ἀμα χερούν ἔχουσα.
χέριον, χερνίπλει, λίτειν est pollubrum, περιχώρα guttiurnium. χέριον ipfiam manuum ablutionem significat, apud Thucydidem lib. 4. νίφαδος in principio
cœnæ, ἀπονίφαδος in fine. Homerus,*

*χέρια δὲ ἀμφίπολος περιχώρα πατέχει φέρει
νίφαδος.*

Lacones, qui apomagdalæ vñsi, seu buccella tergendis manus, eam domum referebant ob nocturnos in hiuiss metus, κυάδας vocantes, & canibus dabant reuersi. Homerus eam intellexit, & significauit his versibus:

*οἵ δέ ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κινέει δαιπόδεις ἴοντα
σκύλος αἰεὶ γέ τε φέρει μειλίγυατα θυμῷ.*

*Ut cum canes domino adulantur redeunti εἰ conuinio,
semper enim fert aliquid, quod deliniat animum. Cita-
tis hæc Plutarchus in Lycurgo. Eustathius putat
magdaliam dictam ἀπὸ τοῦ μαστοῦ, & esse zymoma
quoddam, in quod abstersis ciborum fôrdibus
pinguioribus, inde canibus pararetur cibus. Nardo
puluerem*

puluerem vento impactum laudat Dioscorides ad chironiptron, id est, malluuias, seu manuum ablutionem. Dicitur & aponiperium, & ἀπόνιπτα. Athenis tamen ἀπονίπτα vocant, cum lauant manus à funere, aut in sceleratorum purgatione.

Diximus veteres vsos tergendis manibus
smegmate, à οὐράχῳ, purgo, quæ Galenus
vocat Trachomatica, &
ῥύματα, seu
ῥύποντα.



DE



DE CONVIVIIS

LIBER SECUNDVS.

PROLVSIO.

PAVLVs Æmilius eiusdem Imperatoris esse dicebat, & pulcrè instruere aciem aduersus inimicos, & coniuuium aduersus amicos, cum id temporis Romæ cœnæ centusses essent. Postea deliciae Romam influxere, de quibus Lucanus lib. 10.

*Infudere epulas auro, quod terra, quod aër,
Quod pelagus, Nilusq[ue] dedit, quod luxus inani
Ambitione furens toto questuuit in orbe,
Non mandante fame, multas volucrēsque, ferāsque
Ægypti posuere Deos, manib[us]q[ue] ministrat,
Niliacas crystallus aquas, gemmāque capace
Excepere merum, sed non Mareotidos una
Nobile, sed paucis senium cui contulit annis
Indomitum Macroë cogens spumare falernum.*

Fuit luxus Ægyptius in vito, moderatio Persica in laude. Xenophon lib. 5. P. ad. ἐπ' ἡδεῖ γὰρ βρώματι, εἰδὲ πόματι, πέροις ἀντὶ δῆμος πεποιθαμένων ἐπ' οὐμασιν εἰς ἐπιπληγμένους καταφαντις φύσιστο, ἐπ' ὄρπυζῃ, γάτε γόρος, μὴ ἐχεισχυοῦντις ἀπεις αὖτις μὴ εἰς σιτων ἀν, ἢ πάσαις οἱ ἑπτακοὶ διὰ τὸ μὴ τεράσσεσθαι δῆμος ἴστησιν δικαίων ἀμάρτια ἵπποις οὐτε ὄρφην, οὐ ἀκένην, οὐ λέγειν τὸ δέον, εἴτε

Ἐπειδὴ δὲ ἐπέντες εὐ πολὺ στόντων φρόνιμοι, φιλίμοι,
καὶ μέτεοι φάγεται. In cibo, & potu cuiuscumque generis
Persa bene institutus, neque oculis exterioribus videbitur,
neque studio rapiendi, neque manu, neque mente
ita commotus, ut ea non prouideat, qua circa cibum
prospiceret; & vt equites, quia non turbantur in equis,
possunt equitantes simul & videre, & audire, &
dicere quod conuenit: ita & illi inter vina prudentes, ele-
gantes, & moderatos se prabent. Sidonius epist. 2.
lib. 1. In conuiuio Theodorici, cibi arte, non
pretio placent; fercula ratione, non pondere,
scyphotum, paterarum raras oblationes, facilius est,
vt accuset sitis, quam rea sit ebrietas.
Lib. 2. epist. 6. Videas ibi elegantiam Græcam,
abundantiam Gallicanam, celeritatem Italam, pu-
blicam pompam, priuatam diligentiam, regiam
disciplinam. Plinius de se: Eadem omnibus pono,
ad cœnam enim, non ad notam inuitio. Si gulæ
temperas, non est onerosum, quo utratis, communica-
re cum pluribus; illa ergo reprimenda, illa
quasi in ordinem reducenda est, si sumptibus
parcas, quibus aliquanto rectius tua continentia,
quam aliena contumelia consulas. Ibidem Plinius
quemdam incusat, qui sibi, & paucis opima, cæ-
teris vilia, & minuta ponebat, vinum etiam par-
vulis lagunculis in tria genera descripsérat, non
ut potetas eligendi, sed ne eius esset recusandi.
Horatius Satyr. 2. lib. 2.

— non in caro nidore voluptas

Summa, sed in teipso est, tu pulmentaria quere
Sudando.

Cum labor extuderit fastidia, siccus, inanis,
Sperne cibum vitem.

Leiunus

Leiunus raro stomachus vulgaria temnit,

Mala copia quando agrum sollicitat stomachum.

Disruptum ganea stomachum, ait Sidonius, nulla
sarcire res melius, quam parcimonia solet: ideo
veterum cibus tenuis, Arcades glande, Argui
pyris, Athenienses sicibus, Tirynthij pyris syl-
uestribus, quas vocant ἄχεας, Indi calamis, Car-
mani dactylis, Sauromata milio, Persæ terebin-
tho, & nasturcio visitarunt, Lacones iure illo
nigro, maxima hominum pars ἀφεδρίος, castaneis,
& glande, auctore Æliano lib. 3. varia Histor. Ly-
curgus cibum præscripsit Laconibus, ut neque
onerarentur, neque inanes mensa excederent. Ius
nigrum caput cœna esse voluit, non glandis,
sumen, aut offam penitam. Helluones postea fuere,
qui cibis, hisque feruentibus se onerarent. Ideo
Philoxenus manus, & os calidis aquis sæpe laua-
bat, vt calidos cibos deglutiret. Item Pithyllus
Tentes dictus, qui linguae crustam ceu loricam
inducebat, vt cibos quam feruentissima lingua
voraret. Suidas τερπναθρητὸν γλαύχαν, loricare lin-
guam dixit, vnde & τερπναθρητής. Seneca epist. 95.
Quid illa, & quæ tantum non ab ipso igne in os
transferuntur, iudicas sine noxa in ipsis visce-
ribus extingui? Ideo foculi reperti. Epist. 85. Circa
cœnationem eius tumultus coquorum est, ipsos
cum obsoniis focos transferentium. Hoc enim
iam luxuria commenta est, ne quid palato iam
calloso parum ferueat, cœnam culina prosequitur.
Plautinus ille liguritor in Trinummo dicebat, Ve-
recundari neminem apud mensam decet. Nam ibi
de diuinis, & humanis cernitur. Cœna hæc an non
est sine sacris hæreditas, edim, atque ambabus

Hhh malis

malis expletis vorem. Honesti conuiuæ conuiuatorē nimirū magnificētia vulgō incusant. Idem in *Milite gloriose*: Nam iij solent, quando accubuere, vbi cœna apposita est, dicere: Quid opus fuit hoc, hospes, sumptu tanto, nostra gratia? Sed iidem homines nunquam dicunt, quamquam appositiū est ampliter, iube illud denuò tolli, hanc patinam remoue, pernam nihil motor, aufer illam offam penitam; sed percellunt se, & procumbunt, dimidiatiū dum appetunt. Moris autem fuit, ut conuiuatori accumbenti ab architrīclino chartula daretur, in qua quid cibi coquuis illatus esset in mensam, sciretur. Suidas, εἰσάρτοις κατακλιθέντι ἐν τοῖς δείπνοις ἔθιστοι ποιεῖσθαι, γεωμετρίον ποιεῖσθαι ἀναγραφεῖν τῷ περιοδισμόν, εἰπ' ὃ εἰδέναι ἔτι μέλλοι ὅπου φέρειν ὁ μάχαιρος. Vide Athenaeum sub finem lib. 14. Sidonius lib. 2. epist. 9. Prandebatnus breuiter copiosè, Senatorium ad morem, quo insitum, institutumque multas epulas paucis parop̄sidibus apponi, quamvis conuiuum per edulja, nunc affa, nunc iurulenta varietur.

De Mensis, & Ferculis.

C A P V T . I.

DE mensis tricliniaribus egimus. Inquiramus diam, an sua cuique mensa sit apposita, cum in signare, aut lectis accumberent. Non videtur id Romæ factum, vbi tribus lectis mensa vna cingebatur, vel certè uno signate, qui lectus vnuus perpetuus fuit, quo quinque, sex, plurēs capebantur.

Lib. II. Cap. I.

115

rentur. Scholia stes tamen Homeri ad haec verba lib. 1. *Odyss.*

τὸς ξεσθι ταπετεῖη τεάπελα.

Hinc apposita est expolita mensa. ἐκένω τῇ διανύσσῃ τὸν ἀρρεῖα ταῦγενίδις τεάπελα. Moris fuit, ut cuique conuiua sua mensa apponereetur. Item, ταῦτα διάτροφα συνειστο εἰ τεάπελα μῆνεσ. In omni conuiuio assitæ erant mensa plena. Sed Heroës Homeri æuo, & paulò antè, affidebant mensis, non accumbebant: ideo sua cuique mensa quadrata potuit apponi. Item, ταῦτα τεάπελα τεάπελα, τὴ δέπτας πᾶν ὅπε δυνατὸς ἀνάγει. Uniuersus apponitur canister, mensa, & poculum, ut bibat arbitratu suo. Seruius lib. 1. *Aeneid.* Olim ipsas mensas apponebant pro discis. Idem ad haec verba,

— & mensa grata secunda.

Duas mensas habebant, una carnis, aliam pocorum. Idem alteram mensam epularum fuisse ait, alteram poculorum. Virgiliius:

Postquam prima quies epulis, mensaque remota,
Crateras magnos statuunt, & vina coronant.

Vbi Seruius Romanorū morem exsequitur, apud quos duas mensas erant, vna epularum, altera poculorum, quæ antiqui coronabant.

Magnum cratera corona induit.

Idque in secundis mensis, ait Seruius. Nam primò bibeant minoribus poculis, mox maioribus. Tibullus:

Coronatus stabit & ipse calix.

Quidam per mensas intelligent ferula, aut lances. Cum mensa exissent, famulæ cibum, mensas, pocula tollebant, mensas tergebant. Homerus lib. 4. *Odyss.* facit stenurus, opulenus, ieram amori, pœnates

πάλιν δεινόντας. Prandentes, colloquentes, deinde
lauantes, & iterum prandentes. Virgilius:

¶ Postquam exempla famae epulis, mensaq; remote.
Plures ergo mensæ fuere. Sed lib. 7. cùm mensas
comediisse dicuntur, lances è crusta panis exau-
dienda sunt. Ferculum mensa genus fuit. Mensa
cum ferculo coniungitur apud Plinium lib. 28.
cap. 1. Sternutamento reuocari ferculum, mensam
ve. Saresberiensis lib. 8. cap. 7. Polycrat. ferculum
διάθετον, mensam vnam. Videntur in tricliniis vbi
tres lecti etiam plures mensæ fuisse. Apud Iose-
phum lib. 12. cap. 4. Cùm Hyrcanus Iudæus ad men-
sam Ptolemaei accumberet, & vt erat adolescens
penè puer, à designatoribus & locariis infra om-
nes accumbere iussus esset, id est, vt interpretor,
in imo lecto, & imo loco, ceteri conuiuæ ossa ie-
cerunt ante eum, ita vt impleuerint mensam quæ
ei apposita erat. Verba Græca alio loco pono. Apud
Macrobius & Athenæum quo missus infereban-
tur tot mensæ mutabantur, & cum cibis, onustæ
mensæ illatae, cum iisdemque denuo sublatæ. Ser-
vius ad lib. 1. Eneid. Apud Romanos etiam cena
edita, sublatisque mensis primis silentium fieri
solebat. Fercula vocant ἀπτράκιά ματα. Sæpe se-
ptem aut etiam plures mensæ refertæ omni cibo-
rum genere inferebantur. Philo lib. de vita contem-
plat. ἡμὲν γωνὴ πάλιν εἰσομένη τράπεζαι τῷπει
ἀπάντων ὅσα γὰρ τε καὶ διδασκαλία καὶ ποταμοὶ καὶ ἄλλα φέ-
ρουσι. Septem igitur & plures mensæ inferuntur plena
omnibus qua terra, mare, fluuij, aër gignunt. At septem
erant conuiuæ, ergo singulis sua mensa. Partes
ciborum singulis conuiuis æquales dabant iij mi-
nistri qui dicti diribitores. Clemens lib. 3. Padag.
ἀποτοινοις.

ἀποτοῖνοις, οὐ ταπεξοποιῶν οὐ τῇ ἐντέχοντος εἰς μοιδε-
να τατεμιόντων τὰ γρέα τὸ πολὺ συνανθέμονος ὄχλος. με-
μένεσσιν δὲ αὐτοῖς ή διτία πολυχρέδας. οὐ οἱ πάλιν τὰς
γαριμαργίας αὐτῆς πονοῦσι, διεγί τε οὐ καρυκούται οὐ οἱ
τῷ πειμάτων, καὶ οἱ τῷ μελιτικώτων, καὶ οἱ τῷ βορηιά-
των συνδιαστοι τε καὶ μημεργοῖ, &c. οὐροχόν τε ὅμιλος
ἐσκείται παρ' αὐτοῖς, καὶ μετρακίου ὥραιων ἀγέλαι κα-
δίπτες δρεμάτων, παρ' ἣν ἀμέλειν τὸ κατλός, &c. μυρεφές μαχετελας, πεσσος. Mercati multitudinem
coquorum, structorum, mensis prepostorum, scissorum
qui perire in partes secunt. Dividuntur enim ministri
multifariam, & alijs quidem gula eorum seruunt, carpro-
res, ciborum conditores, qui bellaria, placentas mellitas
& sorbitiunculas apparent. Poccillatorum turbans exer-
cent, & elegantium forma adolescentium greges ut pecu-
num à quibus pulcritudinem mulgent. Habent unguen-
tarias, ciborum conditrices, pantaces.

De Partibus.

C A P V T I I.

Moris olim fuit vt partes conuiuis singulis
æquales apponenterentur. Interdum tamen for-
tes mittebant vt is prior eligeret, cui Venus ad-
dixisset, vnde apud Plutarchum, Cato maior cùm
ei à cæteris ius eligendi daretur, deprecari solitus
erat, cùm diceret, id sibi integrum non esse inuita
Venere. Athenæus lib. 14. scribit Simonidem,
quum ei vt ceteris lepusculus in mensam non ap-
positus esset, sed postea Hieron ei dedisset, ex tem-
pore dixisse, οὐ μετέσθιστον οὐδὲ δια τὸ σεληνικόν
H h h 3

καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις λέγουσι, ἀλλὰ σύγεγον μεταβόλητοι οὐτε ιερωνοῦται, οὐτε περιελθοῦσιν. Monet autem Eustathius pag. 55. & 1401. *Odyss.* διῆτα ἑτοιμα dictam ab Homero coniuicium aequale, quod in coniuiciis singulis portio aequalis daretur, διὸ δὲ διατάξεις τοῖς συμποσίοις ισομορφίαν. Ait enim Homerius, πεκορίνεδα διετὸς ἑτοῖς.

Vnde & διῆτα dicta à diuidendo. διῆτα diuidere. Idem docet ἀτασθαλία dictam ab Ἀττικῇ & Δασία, cum iniuria fieret in coniuiciis, & cibi per vim à fortioribus diuiderentur. Idem, διῆτα δὲ τὰ κρέα μερίσων τοῖς διαυμένοις, διὸ διῆτα πήρεν ἡ μεμετοχήν. *Detrus qui carnes ex equo diuidebat coniuicis.* Vnde bibere aequaliter vinum diuisum. Zenodotus διῆτα ἑτοιμα exponit bonam, ἵνα. ἐνī enim & ἐδεις vox antiqua quae significat bonum. Alij ἑτοιμα ab ἀττικῇ vando, quia primi illi homines impetu facto cibum rapiebant, ἀθροῶν ἐπ' αὐτὴν λόγτες βίᾳ ἔργον. Inde ἀτασθαλία dicta quasi Ἀττικὴ Δασία apud Athenaeum lib. 1. Homerus,

οἱ δὲ ἱδη μοίρας ἔνεμον, κεράντο τὸν οἶνον.

Illi partes diuidebant, & miscebant vinum. De Eu-
mæso,

ἡ τοῦ ἀπλαζα πάντα διεμοιράτο δαιδών,
τοῦ δὲ ταῦ νυμφον, καὶ ἐρημη μασάδον τοῦ
Σίνου ἐπειδέαντο, τοῦ δὲ ἄλλας νεῖρα διέργα.

Lamblichus de vita Pythagoræ, τὸ ἀρχαῖον θεοῖς
μάντες διη. ἐντὸς ἀρτοὺς συνίστων οἱ φίλοι, olim bar-
barico more amici omnes ad unum panem concurrebant,
vnde Atathalia dicta. Eumæus scindens apposita
in septem partes diuisit, quarum unam Nymphis,
& Mercurio dedit Maia genito, precatus cum vo-
to, alias singulis dedit. Plutarchus serm. coniuiciale.

lib. 2.

lib. 2. cap. 10. ἕπεται μετάδοσος ἀποχλητικῆς, cuius vni-
cuique pars sortito data est, quia iactu taliorum
partes sortiebantur. Vnde proverbiū vetus, με-
τεπίστη μητέ, pars non strangulat. Apuleius *Milef.* ¶
Partes surreptas, & prægustatas portiones offere-
bat. Apud Sueton. Caligula, Equiti Romano au-
diū vescenti partes suas misit. Olim vnde tantum
missus fuit, unum ferculum, quod ex æquidate in si-
ngulos coniuicis diuideretur. Postquam plura fér-
cula illata sunt ea dicta ἀπεκρίνεται, ut scripsit Dio-
nysius Trypho. Ita *Genes.* 43. A Iosepho partes fra-
tribus datae. 1. Reg. 9. à Samuele Sauli data pars
optima. Partes enim digniores dignioribus appo-
ni solitas ostendit Homerus in Achillis prandio,
quo Vlysses, & Nestorem exceptit. Lautiores autem
viri coniuicis suis voce clara potestatetē fa-
cere soliti, maximè si recte cœnæ darentur, ut
poscerent quae vellent. Petronius, iam Trifinalcio
eadem omnia lusus intermissio poposcet, fecerat
que potestatem clara voce si quis nostrum iterum
vellet, mulsum sumere. Singulis coniuicis qua-
draram panis, & partem suam flagitate ius erat, &
mappa madente condere. Martialis,

Nil est miserius, nec gulosius Santæ;

Rectam vocatus cum recurrit ad canam;

Ter poscit apri glandulas, quater lambum;

Nec erubescit peccare de rardo.

Moris item fuit apud Persas, & Romanos Imper.
ut amicis suis, aut famulis de cœna sua inifferenter
partes, natrante Athenæo lib. 4. Rex Pérsarum non
modò amicis, ducibus, stipatoribus particulas e
prandio suo mittebat, sed etiam in mensa sua se-
uorum, camūque prandium constitui voluit, ut

Xenophon lib. 1. & lib. 8. *Padia.* Sed & sponsi in Græcia ex nuptiis partes ad absentes mittebant. Aristophanes in *Acharnæ.* ἐπειχέ τις οὐ νύμφος τωντι κρία ἐκ τῆς γάμου, Misit quidam sponsus ad te carnes ex nuptiis. Apud Plutarchum in *Arato.* Antigonus Rex Corinthi sacra faciens misit Arato μητρικas partes. Dominus autem conuiuij, & alij conuiuæ dabant partes ciborum, quos ipsi sibi sumebant, quibus volebant. Athenaeus lib. 1. ἐπειχέ τοῦ ἀπὸ τῆς αὐτῆς μοιρᾶς οὐς ἐλεοντό. Vlysses αὐτὸς ἀποστρατεύεται τοῖς αὐτοῖς περιστοῖς, ait Homerus, Ipse scindens ex eo, quod sibi appositum erat. Lampridius de *Alexandro Seuero.* Semper de manu sua ministris & panem, & partes olerum, aut carnis dabat. Particulas carnium vocabant Ideas, ιδεὶς τὸ idēū. Prima carnium portio dicebatur ἑρμηνεία, *Mercurijs* sors, apud Athenaeum. Partem quisque suam vel seruo donare, vel domum mittere poterant, ut Suetonius in *Galba.* cap. 2. *Martialis lib. 3. epigr. 23.*

Omnia quae retro pueris obsonia tradas.

Cur non mensa tibi ponitur à pedibus.

Igitur accipiebat quisque partem suam, quam dominum ad vxorem, aut filios referre posset. Petronius in *Satyr.* Dura hæc fabula inter amantes luditur, diversitor cum parte cœnulae interuenit. Apud Aristænetum lib. 1. epist. 5. mulier fraudulenta ait, ὅμως ἡ ταύτης λαθεῖται, η βραχία τῇ ὄψι ωδησθεντος αὐτὸν ἐξανατίσσω. Si vestem illam clanculum, & pauculas ē conuiuio partes ad me miseris, eum decipiām. Scissores, & ditribitores scidebant carnes, & suam cuique partem apponebant. Mercurij sors, pars illa carnium, quæ prima Mercurio consecrata seponebatur, apud Pollicem lib. 6. cap. 9.

De Cœnæ partibus.

C A P V T . I I I .

Træs olim cœnæ partes fuere, promulsis, seu antecœna, & antecœnum, deinde caput cœnæ, quod propriæ sūmæ dicitur, tum verò bellaria, quæ dicitur secunda mensa. Cicero lib. 5. *Epistolar. ad familiar.* In lacinia te seruantem ex mensa secunda semina. Promulsis propriæ dicitur de omnibus cibis ante primum haustum, quem ex mulso dicunt. Melle temperant vinum lenius. Horatius:

*Aufidius fortis miscet vina Falerno,
Mendosè, quoniam vacuis committere venis
Nil nisi dulce iuuat.*

Ostendam infra Aufidium in eo non peccasse. Dabatur enim mulsum ex vino maximè generoso, teste Plinio, quia cum melle facilè concorporatur, non item lene. Plinius lib. 1. *Epistol.* Paratæ erant lactucæ singulæ, cochleæ ternæ, oua bina, alica cum mulso, quod à diuitiis tantum dari moris. *Martialis :*

*Nos alicam, mulsum poterit tibi mittere diuina.
Horatius lene mulsum requirit,*

— leni precordia mulso

Prolueris.

De promulside diximus, de antecœnio dicamus. Apuleius *Miles.* 2. Gladiatoriæ Veneris antecœnia dixit. Saresberiensis lib. 7. Infamem fecit cœnam, & antecœnum. Portunianus antecœnum, & paracœnum vocat. Apuleius *Miles.* 9. gustatum. Nobis, inquit, gallina gustatum comparat. Apud H h h h 5 Athic

Athenæum lib. 2. ἀερόμε non est potio, sed antecœna. Ξεραζία Tertulliani est panis siccus sine potu. Fercula non pertinent ad antecœnum, vt bellaria, sed ad cœnæ caput, missus appellant. Martialis lib. 3. epigr. 50.

Alier perlegitur, dum fercula prima morantur,

Tertius est, nec adhuc mensa secunda venit.

Video tamen quosdam senis, alios quaternis, aut ternis ferculis cœnam præbuuisse. Suetonius: Augustus cœnam trinis ferculis, aut cum abundatissimè senis, cœnam præbebat. Fulgentius ferculum interpretatur missum carnium. Eginghartus in *Carolo Magno*: Cœna eiis quotidiana quaternis tantum ferculis præbebatur, præter assam, quam venatores verubus inferre solebant. Petronius in *Satyr.* Postquam ferculum allatum est, quem subito symphonia signum datum, & gustatoria pariter à choro cantante rapiuntur. Verba Horatij

— ille satubres

Estates perager, qui migris prandia moris

Finier.

de gustatione, seu gustu, & antecœna videntur accipienda, non de mensa pomorum. Interdum in gustatione vinum, & mel separatim apponebant, vt quisque arbitratu suo id temperans, mulsum sibi conficeret. Athenæus scribit moris fuisse, vt domino conuiuij, simul ac decubuisse, scheda daretur, quæ descripta ordine obsonia omnia haberet, vt iam tum sciri posset quid primum, quid postremum coquus missurus esset. Athenæus lib. 2. antecœnum ἀερόμε vocat, ἀερόμε το ἀερός σίνης αετερόπερ καθος εἰδει το μεγάτον, το δια τος ἀερόμετον ἀερόβασις γενέσθω το μελλον. Antecœnum

nium circumferebatur ex more, inter ea quæ antecœni fuerunt, malua erant. Quidquid ante primum mulsi haustum sumitur, vocatur promulsis. Frigidæ mensæ propriæ de echinis, ostreis, sphondylis in antecœna, & peloridibus accipiuntur apud Macrobius. Gordianus frigidarum erat percupidus, teste Capitolino: ἄπυρος Ἐφὶ οὐ δὲ ὅπωρας, ἐγ λαζάρων. Propoma olim potio omnium prima, & ante omnem cibum hausta. Nata vox sub Claudio Cæsare, aut potius mos, vt Plinius lib. 14. cap. 22. Athenæus lib. 4. scribit Cleomenem Lacedæmonium vini cyathum ante cœnam cuique porrexisse. Medici hoc significatu ἀερόμενa usurparunt. Plutarchus in *Symposio* tria ponit in cœna ἀερόμενa, deinde λεπτὰ, ἐγ τοιδικά, ὁξεῖα, echinos scilicet, & cruda oletra, tum caput cœnæ. Postea ἀερόμενa pro antecœnio positum est, vt significet τας εἰδούντας ἀερόδρομος σειρας, vt loquitur Athenæus lib. 3. Macrobius *Saturn. lib. 3. de cena Merelli*: Cœna hæc fuit, ante cœnam, echinos, ostreas crudas, quantum vellent, peloridas, spondylos, turdum, asparagos, subtus gallinam altilem, patinam ostreatum, peloridum, balanos nigros, balanos albos, iterum spondylos, glycymeridas, (ostreorum genus est) vrticam, ficedulas, lumbos aprugnos, altilia ex fatina inuoluta, mutices, & purpas. Martialis in antecœnio ponit lactucam, pori fila, cordyla, quæ cum rutæ frondibus, oua tegunt, massam Velabrensem, oliuas è Piceno. Isidorus lib. 1. 8. Contra venenum nuces, lapini, citrium, apium profundit, &c. Vnde apud veteres ante alias cœnas hæc solebant mensis apponere, ostrea, tubera maris, dicta Matroni Parodo, ὅπερα τηνεκεν δένδρον νηπαῖον οἴνον. Asparagous

ragos vocarunt omnes cauliculos, qui ex herbis vere pleno efflorescunt, ἐξανθησιν. Asparagum è bras-
fica vocant ὄπρυνον, quod erumpat, & germinet.
Acrocolia sunt in antecœnio pedes mastatarum
victiarum, aut partes extremæ, quibus vescun-
tur, vt aures, rostra, quæ Galenus vocat τὰ ἄκρα
μέσα. οὐ πελῶν ζάων, quia carne carent. ἀκροκόλια,
ἐπίδαια, vel ἡμερόδαια. Plutarchus negat suo æuo
cenomeli, vuluam, cerebrum, sicyopeponem, pi-
per, malum Medicum in vsu fuisse. τοὺς cucumis
dicitur à στρεψε, progredi, imitari, & κινεῖ, ire.
Eustathius notat debuisse scribi συκῆς, quia in ven-
trem crescant cucumeres. Epicharmus πατοδαπὰ
κοχλία, λεπτὰς ἀστέρες multas, σφρίλες (dicuntur
& Astrabeli) κυκβάλια, πιθανάκια, ἔφύδεια, & σκιρό-
δεια, gladioli, sunt ista omnia κοχλία, & conchylia.
μακρεγχυλοι σπλῆνες, longi & teretes, κόλχει ἀμαδίπ-
δες ἀσκόμοι, conchæ fabulosæ malè audiunt. In an-
teccenio ista fuerunt. Attici dicunt ράπι, alijs σίνατ,
ἢ σίνητ. ρέφαν @ apud Atticos brassica fuit antecœ-
nij, & primæ mensæ caput cœnæ aper, nullus. Ho-
ratius in conuiuio Nasidieni ait circa aptum fuisse

*— Acria circum**Rapula, lactucas, radices.**Martialis de Mullo,**— Mullus tibi quatuor emptus**Librarum, cana pompa capituloque fuit.*

Laconibus ius nigrum caput cœnæ fuit. Cicero
Tuscul. 5. Dionysius negavit se iure illo nigro quod
cœnæ caput fuit delectatum. Alexis βοργιδών η
χερίον εἰς ποτηρίῳ ἀποτίθεται, καφαλὴ δὲ σίνη γίνεται,
Racemulus quidam in poculo velut in choro ludit, & est
cœna caput.

*De Antecœnio.**C A P V T I V.*

IN Antecœnio ἀναστροφῶς χάριν adhibebantur
herbæ acres, vt appetitus excitaretur.

*Rapula, lactuca, radices, qualia lassum**Peruellunt stomachum, sifer, alec, facula Coa.*

Vt Horat. lib. 2. Satyr. 8. Sifer est ἄργειον σέλινον,
agreste apium, vt ait Sosipater Charisius lib. 1. vel,
vt Plinius, genus pastinacæ quæ mulso in cibis
temperata etiam in gratiam vertitur. Fæcula Coa
est condimentum è vino Coo. Quum antecenium
sublatum esset mensæ gausape tergebantur, vt
Horat. ibidem. In antecœnio quoque fuere oua
sorbilia, ἔξεφτα, quæ in aqua calida coquuntur.
Sorbilia penè cruda sumebant, quæ Dioscorides
vocat ὄμη, ἀκεχχλαφα, alia fuere μύροι. Martialis,

Secta coronabant rutatos oua lacertos.

Alia erant oua piscium, aut carnium liquamine
condita, μειχηρά, θυριτά, πινακίτα, πικτά, fricta,
trementia. Oua longa laudantur. Horat. lib. 2.

*Satyr. 4.**Longa quibus facies ouis erit, illa memento**Ut succi melioris, & ut magis alba rotundis**Ponere, namque marem cohibent callosa vitellum.*

In Anticcenio mulsum fuisse diximus, quod cenomeli dictum, ex melle hymettio, & falerno.
Horat. Satyr. 2. lib. 2.

*— nisi hymettia mella falerno**Ne hiberis diluta.**Virgil. 4. Georg.*

*Dulcia mella premes, nec tantum dulcia quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.*

In primo missu crambe data. Musurus: κράμην, κα-
πάκην τῷ κόρῳ ἀντιτίνεσσι, οὐδὲν δὴ πεζὸν εἰ τοῖς
τυπεσίοις δέοδι. Crambe satietatem arcit, quasi co-
rambe dicta, quare prima convivis apponitur. Plu-
tarachus in Sypos. dī γῆ νηλεύθεντι θυγατρὶς τράπεζος
ωρότεσσιν ἔχοντο, ὅπεραν, ὡρέος λαχανῶν, ωτῶν ἐλαφρῶν
οὐδὲ τοῦτο ἀπ' ἕρξις δημοσίᾳ μεταχέισι τῷ πρώτῳ ἀπ'
ἔχοντος τάξιν ἔχει. Que enim dicuntur frigidæ mensæ
ex ostreis, ecclisias, clerbibus crudis composite, quasi leuis
armatura militibus à cauda translata ad os primum pro
ultimo tenent ordinem. Ferculum est φέρεται, mensa
vna. Propriè ferculum est feretrum, id est, vas am-
plum, & capax, quo in triumphis manubia, aut
victarum gentium simulacula ferebantur. His simili-
lia erant mensarum fercula. Non enim lances
mensis imponebant elegantiores, sed machinulis
quibusdam venusto artificio elaboratis partim
imponebant, partim appendebant. Apud Petronium
in promulgari, id est, gustatoria mensa
asellus erat Corinthius cum bifaccio positus, qui
habet olias in altera parte albas, in altera ni-
gras. Tegebant asellum duæ lances, in quarum
marginibus nomen Triamalcionis inscriptum erat,
& argenti pondus. Ponticuli etiam ferruminati
fustinebant glires, melle, & papauere sparsi. Fue-
runt & tomacula feruentia posita supra craticulam
argenteam. Infra craticulam Syriaca pruna
cum granis Punici mali. Deinde remota gustato-
ria sequitur ferculum, quod ita exhibetur. Repo-
sitorium rotundum duodecim habebat signa in
orbem disposita, super quæ proprium, conuenien-
tēque

tēnique materiæ structor imposuerat cibam. Super
arietem cicer arietinum. Omnino describit deli-
cias mensæ Neronis, nec enim priuata ista mensa
fuit, & vulgaris. Idem: Discubuimus, & gustatione
mirifica initiati, vino etiam Falerno inundaba-
mur. Martialis mensa frugalior.

*Prima tibi dabitur ventri lactuca mouendo
Vitilis, & poris fila resecta suis.*

Et que Picenum senserunt frigus olive,

Hec satis in gustu, cetera noſſe cupis.

Mentiar, ut venias: Pisces, concilia, sumen.

Lactuca igitur in anticcoenio, & mora. Horatius:

— ille salubres

*Æstates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet.*

Principium dicitur promulsis. Varro lib. 3. de re
rustica, Faunus venit in altaria, & mel ad principia,
& in secundam mensam administratur, ob mul-
sum, & promulgatidem. Genera potionum apud
Lampridium in Heliogabalo, masticatum, pulcia-
tum, rosatum, μαστίχινος, ροδίνος, γλυκόνιτος. Trallianus
lib. 11. Ηδὶς πεπομάτων δειπνός δεῖ τὸ κορυδάτον,
δεῖ τὸ ἀμάτον. Conditum, & Appiatum optima portiones
in antecœna. Iulius Cæsar domum ciuilem tribus
solemnibus pulmentis, siue ferculis statuit esse
contentam, dum tamen bellaria parænetica primis
mensis licuerit, immiscere, ait Portunianus. So-
lemnia pulmenta sunt, quæ in omnes transcurrunt,
id est, catholica. Macrobius lib. 2. Saturnaq. cap. 8.
Vina Liberi bellaria vocat. Ferculum erat genus
mensæ. Plinius lib. 28. cap. 1. Sternutamento reu-
ocari ferculum, mensamve, si non postea gustetur
aliquid, inter q̄iras habetur. Alius mos sub Sidonio
fuit,

fuit, qui lib. 1. epistol. ait, Senatorio conuiuio infirmum est, institutumque multas epulas paucis paropsideibus apponi, quamuis conuiuum per edulia nunc affa, nunc iurulenta varietur. Vide Plinius lib. 10. cap. 20. lib. 28. cap. 1. Cibus etiam è manu prolapsus reddebatur vtique per mensas, veterabante munditiarum causa id deflare. Oxygarum, & lactucæ ad antecœnam, seu gustationem pertinuere, vt & moretum, μωτόν, & ouum. Cicero lib. 9. epist. ad famil. Integralm famem ad ouum affero, atque ita ad assūm vitulinum perducitur. Item ofella, de qua Martial. lib. 14.

Parua tibi curua craticula sudet ofella,

Spumeus in longa cuspide fumet aper.

Assūm vitulinum, & aper ad caput conuiuij pertinent. Apicius lib. 1. cap. 6. Oxygarum quod sonat garum, siue liquamen acetosum. Ver. Gloss. Oxygarum acetarium, quod in primo missu apponebatur. Sidonius lib. 9. epist. 13. Dum Rex conuiuij circa ordinandum oxygarum moras nequit. Martial. lib. 3. epigr. 50.

Deposui soleas, affertur protinus ingens

Inter lactucas oxygarumque liber.

Conditum erat potio melle, vel aliis rebus condita. Symphosius in Aenigmat. de condito,

Tres olim fuimus qui nomine iungimur uno,

Ex tribus est unus qui commiscentur in uno,

Quisque bonus per se, melior qui continet omnes.

Edesta fagica Poëma fuit Ennij. Græci apud Athenæum scripsere οὐεὶ ἐδέσθ. Apule. in Apologia, Ennius edestis, aut fagicis. Vide Philonem οὐεὶ μέδει pag. 183. Ad primam mensam apud Nonium pertinent asparagi, menæ, acipenser, mariscæ. Con-

sule

sule Nonium pag. 550. ad caput cœnæ Tuceta, quas Fulgentius escas regias vocat.

Ambroſio redolent tuceta ſapore.

Virgil. 7. Aeneid.

Inſtituuntque dapes, & adorca liba per herbam

Subiiciant epulis.

Vbi Seruius liba sunt placenta de farre, melle, & oleo sacris aptæ. Boëthius lib. 1. scholar. cap. 5. Ne artocopi mucore anxio narium anhelitum infirmet, & vini insipidi acor cordis secreta confundat. Ad caput item cœnæ pertinet apud Apuleium Miles. 8. Femur in protriumentis sapidissime decotum, & cerebrum Iouis, quod Ennius dixit de piscibus. Hesychius, δίὸς ἐκέφαλος ἡρῷος ἀγαθής θεῖας. Plaut. in Milite glor. Vino, scitamentis, opiparisque obsoniis. Vide Eustathium pag. 1342. 1432. 1791. 1833. & 757. vbi δίὸς ἐκέφαλος βρῶμα τὸ λέγει θύμον τὸ διὰ θρίον ὑπὲκέφαλον σκυλοζούμενον τὸ διάθλατον, Cerebrum Iouis cibum esse ait apud Athenienses, similem ei qui ex cerebellis conficitur. θρίον est membrana cerebri, similis folio ficulneo. Est item genus edulij ex lacte, & adipe suillo, & semidalide quod in fici foliis coquebatur. Aristoph. in Acharn. θρίον ταρίχης οὐρών. Thron ex salsa mento putrido, vel ex pisco putri. Duobus ferculis olim epulabantur, uno iurulentarum carnium in catinis, altero assarum in lancibus, vt Seruius lib. 1. Aeneid. ex Catone. Sidon. lib. 2. epist. 9. Quamuis conuiuum per edulia nunc iurulenta, nunc affa varietur. Saresberiensis lib. 8. cap. 7. Polycrat. Ferculum θρίον, mensam vnam. Corippus lib. 3. Iustini,

Aurea purpureo apponunt ferula mensis.

Iiii

Aliud

Aliud esse ostendit ferculum à mensa , quia ferculum in mensa apponebatur. Gustus est antecœna vt diximus. Martialis,

Gustu protinus has edes in ipso,

Has prima feret , alterave mensa.

Isidorus in *Glossis* gustum vocat pransorium , promulsidarium. In gustatione oua posuimus. Horatius,

— si collibuissest ab ouo

Visque ad mala citaret iō Bacche.

Item lactucas. Martialis,

Claudere qua cœnas lactuca solebat auorum,

Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes.

Catius apud Horatium cœnarum artem editurus primum de ouis loquutus.

Longa quibus facies ouis erit.

Varro in *Endymione*, Discubitus mussati, Dominus mature ouis cœnam committit. Apuleius *Miles*. 9. Oua gustulum vocat. Varro *lib. 1. de rustica*. cap. 2. Nam non modò ouum illud sublatum est , quod ludis Circensibus nouissimi curriculi finem facit quadrigis , sed ne illud quidem ouum vidimus quod in cereali pompa solet esse primum. Athenæus , οἱ μὲν τοι ἀρχῆσιν πάντες ωφελοῦνται εἰς ταπείρεσν ἔτε μόντες, ἔτε δρίσταρες, ἔτε ἄλλο τοιότην ὕστερην νῦν. Olim ante cœnam non yluas , aut lactucas , aut alia eiusmodi apponabant , quæ nunc solent.

De

De Capite cœnae.

C A P V T V.

IN capite cœnae summa summarum posita est, quam Macrobius notat *lib. 3. cap. 18. Saturnium*. In cœna sumina , synciput aprugnum , patinam piscium , patinam suminis , anates querquedulas elixas, lepores, altilia affa, amyllum, panes Picentes. Pauones primus Q. Hortensius augurali adjicitali cœna dicitur posuisse. Oua eorum denariis vaneant quinis , ipsi facilè quinquagenis. Porcum Troianum mensis inferebant , quem illi idè sic vocabant , quasi aliis inclusis animalibus grauidum. Lepores saginabant, quum exceptos è leporario quidam in caueis , & loco clauso facerent pingues. Sed & cochleas saginabant. Vide Macrobius *lib. 3. cap. 15. de Murænis, de Auratis, piscinis refertissimis L. Philippi, & Hortensijs. Cato Uticensis pisces de piscina L. Philippi quadraginta millibus vendidit , cùm hæres eius testamento relietus esset. Muræna à Siculo freto arcessebantur, & anguillæ , quæ vtræque μόνται, flutæ vocantur, quodd in summo supernatantes Sole torrefactæ curuare se posse , & in mare mèrgere desinunt. Cæsar dictator quum triumphales cœnas populo daret, sex millia murænarum à C. Hirrio ad pondus accepit, ait Plinius *lib. 9. cap. 17. & Varro lib. 3. de rustica*, cap. 17. Acipenser piscis ætate Scipionis magno in pretio fuit , ætate Traiani nullo , ait Plinius. Sub Alexandro Seuero in honore fuit, quippe qui cùm intersunt conuiuio sacro , ani-*

maduerto hunc pisceum à coronatis ministris cum tibicine introferri ait Sammonicus Serenus. De Mullo, Scaro, Lupo Tyberino consule ibidem Macrobius, maximè eo lupo, qui inter duos pontes captus esset, quem Catillonem vocabant, quasi liguritorem, qui proximè ripas sterCUS insectatur. Lucilius:

Hinc pontes Tyberinos duo inter captus catillo.

Auicenna lib. 1. *Canonis* scribit veteres solitos manè tantum carnibus vesci, in cena solo pane vsos. Fortè id fecere Arabes, non aliæ gentes. Crambalea dicitur Athenæo tosta caro. Heroës vñi carnibus maximè assis, vnde & ὅπλαντες, interdum elixis apud Athenæum. Varro ait assam primùm cœpisse, tum elixam, demùm è iure, vel iuscuso. Phryges, ac Pontici xylophagiis oblectantur, quia vernies albos, obelosque capite nigro, qui è cariosis promuntur materiis, inter delicias habent. Orienti, & Libyæ grata locusta, ait S. Hieronymus. Aphri lacertos virentes esitant. Leuitici 11. locusta in mensam admittitur. Sarmatæ, & Vandali vulpes edunt. Romæ sub Imperatoribus quum luxus inualuisset, cibos interdum per singulas literas disponebant, quod apud Spartianum Geta Commodi frater fecit. Iuuenalis Satyr. 8. dixit,

Qui ferula dñe disponit.

& Satyr. 11.

*Interea gustus elementa per omnia querunt,
Nunquam animo pretius obstantibus.*

Elementa per omnia gustus queri ait, quia erant cibi in aqua, in aëre, & in terra conquisiti. Sæpe è longinquis prouinciis petebantur. Suetonius in *Vitellio* cap. 13. famosissima super cæteras fuit ei

cœna

cœna data aduentitia à fratre, in qua duo millia lectissimorum piscium, septem auium apposita traduntur. Hanc quoque exsuperauit dedicatione patinæ, quam ob immensam magnitudinem clypeum Mineruæ εἰρήνη πολέμη dictabat. In hac squarorum iecinora, faisanorum, & pauonum cerebella, linguas phœnicopterum, murænarum lactes Carpathio usque, fretoque Hispaniæ per nauarchos, ac triremes commiscerunt. Apud Suidam Apicius Traiano apud Parthos agenti, multorumque dierum itinere à mari distanti ostrea recentia solerter asseruata misit. Claudianus lib. 2. in *Eutrop.*

— traduntque palato

*Sidereas Iunonis aues, & si qua loquendi
Gnara, coloratis viridis deferunt ab Indis,
Quæsus trans regna cibus, quorunque profundam
Ingluviem, non Ægeus, non alta Propontis,
Non mare longinquis Maeotide piscibus explent.*

Petronius :

*Ales phasiacis petita Colchis,
Atque Afra volucres placent palato,
Quod non sint faciles. Ultimis ab oris
Attritus scarus, atque arata Syris,
Si quid naufragio dedit, probatur.*

Cœnæ reliquiæ à promo condo seruabantur, ad quas aduolabant copriæ, & parasiti. Plautus in *Perse*. Nunc huc introibo visum hesternas reliquias, quieuerint rectè, nécne. Sæpe septem, aut plures mensæ ordine in triclinium inferebantur, omni carnium genere refertæ. Philo de vita theoretica, ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα σικελίου Τραπεζού τῷ τύπῳ ἀπάντων ὅπου γῆ τε ἡ διάλιθη γῆ ποταμοὶ γῆ ἄλλε φέροι, ἔχοντα πάγα καὶ ἔσσυρχα, χερούλαν, ἐνδραν, ἀσερ-

πόρων, ὡς οὐδεὶς διαλέγεται καὶ τὸ μαργαριτῖνον. Septem, & plures mensa inferuntur plene omnium, que aëris, terra, mare, fluij ferunt, omnia eximia adipata terrestrium, piscium, volucrum genera diuerso apparatu condita. De his ordine agamus, & primū quidem de carnibus.

*De Carnibus, & de Attagena.***C A P V T V I.**

Cibi trium maximè generum fuere. Nam aut carnes, aut pisces, aut olera in mensam infreabantur. Carnes autem ex animantibus domesticis, aut syluaticis, aut ex volucribus, quibus adiungas licet quæ ab animalibus istis petuntur, lac, oua, & cætera id genus. Olera interpretor, quæ terra ex se fundit, triticum, è quo panes, poma, cannas ebofias, & si quid eiusmodi vspiam reperitur. Carnes autem vulgo fuere ex animalibus domesticis. Inter animalia domestica primo loco sunt oves, boves, arietes, hœdi, vituli, verueces, porci, maiales, apud alias gentes camelii, equi, asini, gallinæ, Numidicæ, paui. Aues autem aliæ indigenæ, aliæ peregrinæ fuere. Varro in *Satyr.* οὐεὶς ἐποκάτων, Pauus è Samo, Phrygia attagena, grues Melicæ, hœdus ex Ambracia. Horatius lib. *Epod. Ode 2.*

Non Afra avis descendat in ventrem meum,

Non attagen Ionicus incundior.

Afram auem Numidicam vocat. Attagen vulgo dicitur *Francolin.* Plinius lib. 10. cap. 46. Attagen maximè

maximè Ionius celebratur, vocalis alijs, captus obmutescens, quondam existimatus inter raras aues. Aristoteles lib. 9. ὁ ἀπίσχων κονισκὸς ὄρπις ὅφελος ἐπιδημῶν πᾶς μὲν πόντοι ἀλλὰ διήγειτο, κονισκοί. Attagen avis est in puluere volutabilis. Aves enim omnes, quæ non sunt altiuola, sed terrestres, sunt in puluere volutabiles. Martialis:

*Inter sapores fertur alitum primus
Ionicarum gustus attagenerum.*

Gellius lib. 7. cap. 16. Attagen Phrygia præstantissima. Athenæus lib. 9. Est perdice paulò maior, cuius dorsum versicoloribus notis distinctum colore fictilium magis subrubescente. Capitur à venatoribus, ob corporis grauitatem, & breuitatem alarum. ὁλός κατάρχει τὰ στελές τὸν νῶτον, κεραύνος τὸν χέαν, λαρναῖς τὸν μᾶλλον. In Polonia frequens est. Aristophanes in *Ciconis*, ἀπολαῖς θῆσισον ἔφεν εἰς ἀπνικίοις χρυσός. Attagen suauissima caro, ut coquatur in triumphi epulis. Apud Pollucem lib. 6. οὐεὶς ἐπειδὴν μάλιν, hœdus ex Mylo insula commendatur. Apud Senecam epist. 110. Miliatij apri, linguae phoenicopteriorum. Miliarios apros interpretatur Muretus mille librarum. Malim, qui milio pasti sint. Aprum pomis cingebant, ut ostenderent eum pomorum stragem edere solitum. Idem lib. de pronidentia. Si ingenti pomorum stree cingeret, primæ formæ feras capras multa cæde venantium. In cœna, sumina, caput aprugnum edebant, apud Macrobius lib. 3. *Saturnal. cap. 13.* ἡπτάτα στρουγοτέρενα, ἡπτάτα σῦνον στρουγαζούσταν ἡ χωρίων ἱπτάτων. Pollux lib. 6. Iecur anseris, & medullam anseris ob tenuitudinem laudat Catullus. Glandia, glires, cerebella in deliciis fuere. Plinius lib. 36. cap. 1. Glandia

in cœnis, & glires apponi vetant censoriaæ leges. Apud Lampridium, Heliogabalus sexcentorum struthionum capita vna cœna multis exhibuit ad edenda cerebella. Apud Pollucem lib. 6. Pernæ coctæ, armi cocti, seu assati, latera, costæ, porci lactantes, hœdi, leporinæ carnes, tibiæ, aut crura suum, turdi, turtures, paui, attagenæ, aues vitium amantes, fasiani, sumina, abdomen porci, intestina farta, boum, aut suum intestina, pernæ salitæ, crura cum tota tibia, ἡνυστρον, omasum, aut postreticulum, ventriculus conditus, pastilli ex adipe conciso minutim cum sale, & aromatis. Ius nigrum Laconum ex sanguine dicitur æmatia. καλύπτεις ἐφθον, ἔχροκάλιτα θεφθον πλερία, πλερά, δελφάκια, τειφοι, λαζακρέα, λαζανα, ἡ σκελίδες, τευρόνες, τασί, ἀπλαζα, ἀμπελίδες, ἡ ἀμπελιώνες, ὄρνιθες φαστανοι, τανγάστρια, ἔδατα, ἅπειαιον δέλφανθ, φύσκαι, ἀλλαντες, χόλας, χόλητα ὕεια, καλήνες τεταρχάμενοι, σκελίδες ὀλόκηπαι, πλέργαι, ἡνυστρον, γαρπίδοις ὑδερμένον, τάκανες. ὁ μέλας κυλέμηνθ ζωμὸς, λακωνικὸν ἔδειξα, λέρη ἀμφατία. Carnes sæpe minutatim incidebantur, & infecabantur, à quibus dicta insicia apud Varrorem lib. 4. de lingua Latina: Insiciis, & minutalibus ex carne farciebantur anserum, & gallinarum ventriculi. Vetus Poëta de Eseciatis:

Amisi proprias vacuato corpore carnes,

Acceptiisque nouas, dedi, ac tulit, & graue lucrum

Perdendo acquirit, damnum bene crevit in illa.

Insicia τὰ ἐκ τῆς σαρκὸν εἰς λεπτὸν καταχνῶντα, ἡ μὲν πεπεριδεν συκιλαῖθιμα. Carnes minutatim infectæ, & pipere conditæ. Item:

Eminet impletus pullorum carnis anser,

Et varias mensæ torridus ambit opes.

Inqui

Inguinibus nam portat olus, ventrísque soluti

Truditur è medio esciata nitens.

Græci σιτσιμα vocant ventriculos ouium fartos. Palladas:

ἀλλ' οὐδὲς αἷοι Θεῖται ἔχεν διεπιώντων ἔτεν, ὄρνιτος ἐπιπεπτεῖ τῷ ἀνέμῳ γεμόσα.

Sed meis iste Æolis habens inane intestinum anem emittit implens ventis. Alludit ad Æolum, qui Vlyssi ventos in utrem inclaserat. Heliogabalus comedit sapius ad imitationem Apicij calcanea camelorum, & cristas viuis gallinaceis demptas, linguas pauonum, & lusciniarum; quod qui ederet, ab epilepsia tutus esse diceretur. Exhibituit & palatinis ingentes dapes extis mulorum refertas, & cerebellis phœnicopterum, & perdicum, ouis, & cerebellis turdorum, & capitibus psittacorum, & fascianorum, & pauonum. Idem canes iecinoribus anserum pauit. Exhibituit & sumina aprugna per dies decem, tricena quotidie cum suis bulbis. Bulbæ sunt vuluae. Verlus Mænij apud Macrobius:

Alteris inanem bulbam madidantem dari.

Stratocamelos exhibituit in cœnis aliquoties, ait Lampridius. Apud Pollucem lib. 6. cap. 7. ἡμερα χρέα, σίνα, χρίπα, ἐριδεια, πολυπόδεια, περδίκεια, λαζανα, σκελίδες, λαζανων, τεμπάρχη κρέαν. Carnes cicures suilla, porcina, aliles, polypodium, perdicum, pulpamenta leporum, carnium frusta. Herodianus lib. 4. αἱ κύματος μάλιστα ἔχουσιν ἀπαλλ. τὰ πέλματα. Camelis habent calcanea tenerima, quæ comedit Heliogabalus, & Arabes. Athenæo lib. 8. γαγγίον ὠνδυλαρύνον, ventriculus fartus. Hippocrates lib. αἱ πεδιαι, κρέα σινανθροπον, carnes catulorum costas certis morbis præscribit. Romanii, & Græci esituare catulinam. E Boeotia pe-

I i i 5 . tebantur

tebantur anates, palumbes, trochili. Aristophanes in *Pace*, κάκεοντας γε φέρουται ίδεν χλως, νηστις, Συχλες. Idem in *Acharnian*. à Beotis afferre se ait anates, gracculos, attagenas, Phalaridas, trochilos, colymbos, νέστος, κυλοίς, ἄπλεχος, φαλαρίδος, Συχλες, κολύμβος. Adipem anseris salitum adamarunt, gallinas, vitulos, χλως ἀλιστή, λίτη, ὄρνις, καὶ μόρχεια. Hippocrates opponit τὰ γαλατικὰ κρέα τοῖς ἴχθυστέσσι, καὶ τελείοις, lacteas carnes robustioribus cibis, & perfectis. Idem iunctum nominat νίφεαν, renes, καὶ φούν, & lumbos, νεφεγειάτρας, νεφρούντορες φούς, quae dicuntur θεῖα τὸ φῦν, θιὰ τὸ φαδός ἀποφύσης, quia facilè radantur. ἔνθερ τὴν περιβόταν, utar mamma oviūm. τὴν ζώων τὸ καὶ τὸ μαργέν, edules mamma sumen. εὐθύτερον, θεογάστρον, de bipedibus, quadripedibus, atque adeò de piscibus. Leporinæ carnes Hippocrati λαγῶν κρέα, λάγεια. Quidam lepores hirundines vocantur, quia hitundinis sunt colore sursum nigri, deorsum albi, καλιθέναι λαγων, οἱ ἄνω μέλανες, τὰ δὲ κάτω θεόλινοι. Athenæus lib. 9. Industriam coqui cuiusdam laudat, qui porcellum in mensam intulit, ab altera parte ἐπιταίνων, καὶ ησαμβαλτόν, assatum, & probè tostum, ab altera parte iurulentum, & elixum, ὡς ἦν ὁ δεῖπον ἐψημένον πανερῶς. Aliud in illo porcello miraculum fuit, quod erat ἄπορον, nullo vestigio vulneris, tamen erat exenteratus, & fartus. Si olla, in qua torrendo carnes corruptæ fuerint, immittatur bene calida in peluum aceto frigido plenam, carnes retorridæ nimia coctura corrigitur, ait Athenæus, qui carnes roris instar teneras vocat πρέσσια στρωμάτι τὸν χέστων. Iecur anseris fastilibus in magnam amplitudinem crescit, exemptum quoque lacte, & mulso augetur. Apud eumdem

eumdem, διόρειον ἐπάγω χλωα τῷ φυσίματι, Doricum tumore anserem infero. Aquila item expressa coqui arte, quæ album anserem ferret, ἀετὸς ἀργιλί χλωα φέρων. Dicebantur οὐδασίαι, οὐδάζειν. οὐδάζεις νεοπήρων ἀπλῶς καὶ τάνει, apparat pullum hunc simpliciter. Carnes, quæ feruendo in cacabo coctæ sunt, dicuntur πρα ἀναερεσι, ξεστ, ἐψημένα. Scholiasti Aristophanis in *Acharnian*. ἀναεράτετε, ἐψημάτε, πρεπετε, ἀφίλετε τὰ λαγῶν. Feruefacite, assate, vertite, abstrahite leporinas carnes. Comedebant & coleos, quos renes vocarunt, Latini polimenta, Græci ὄρχεις, νεφρός, θεογάστρος, hodiéque Italis cibus gratissimus. Condimentum quoddam fuit ē pingui, & aceto, quod dictum oxyliparon. Attagen, de quo suprà egimus, vulgo dicitur ἀπαγάλω, Atticis ἀπαγάλα, Latinis attagena, & attagen. Hieronymus epist. ad *Afellam*, Tu attagenem ructas, & de comedo acipensere gloriaris.

De Pavo & alijs anibus.

C A P V T V I I .

HOratius *Satyr. 2. lib. 2.* Paui saporem præferri gallinæ putat.

Vix tamen eripiam posito pauone, velis quin
Hoc potius quam gallina tergere palatum,
Corruptus vanis rerum quia vaneat auro
Rara avis. Tamen utrinque idem sapor
Carne tamen quamvis distat nibil hac magis illa.

Idem,

— ab simul affis

Miscueris

*Miscueris elixa conchylia turdis,
Dulcia se in bilem vertent.*

De lusciniis Satyr.3.

*Quinti progenies Arri par nobile fratum
Luscinias soliti impenso prandere coemptas.
Satyr.vlt.lib.2.*

— deinde sequuti

*Mazonomo pueri magno discepta ferentes
Membra gruis sparsi sale multo, non sine farre,
Pinguibus & fisis pastum iecur anseris albi,
Et leporum auifos, ut multo suauius, armos,
Quam si cum lumbis quis edit, tum pectore adusto
Vidimus & merulas ponis, & sine clune palumbes.
Mazonomus est lanx prægrandis.*

De Ficedula.

C A P V T V I I I .

Ficedulæ pipere aspergebantur. Martial. lib. 13.
*Cerea qua patulo lucet ficedula lumbo
Quum tibi forte datur, si sapis adde piper.*
Cream vocat ob pinguitudinem toto corpore
flauescensem. Petron. Hic nescio quid boni debet
esse, persequutus putamen manu, pinguissimam
ficedulam inueni piperato vitello piperatam.
Martialis,

*Quum me focus alat, quum pascar dulcibus vniis,
Cur potius nomen non dedit una mihi.
ovaglis apud Varr. lib. de L. L. Ficuum esu pinguis
fit. Athenæus lib. 2. Gellius lib. 15. cap. 8. Suetonius
item ait à Tiberio Cæsare Asellio Sabino h s. du-
centa*

Lib. II. Cap. IX. & X. 141

centa donata, quod in dialogo quodam instituerit
certamen inter boletos, ficedulas, ostreas, &
turdos.

De Turdo, & Anate.

C A P V T I X .

Turdi quasi tardi, quod serò ad calida se refe-
runt apud Isidorum. Aristoreli ~~receptas~~. Ari-
stophanis Scholiares turdum cæteris auibus sa-
pidiorem putat. Horat. lib. 1. ep. 1. Nil melius tur-
do. Martialis,

Inter aves turdus si quis me iudice certet,

Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Idem,

Illic coronam pinguibus grauem turdis videres.

Lib. 13.

At mihi de turdis facta corona placet.

Auicenna autem alas, ventrem, & hepar in anate
commendat, *vñara vñla ratoris* ~~Q-~~, anas domesti-
cus nihil est, fluiaticus laudatur. Martialis,

Totalia quidem ponatur anas, sed pectore tantum,

Et ceruice sapit, cætera redde coquso.

Vide Athenæum lib. 9.

De Turture, & Columba.

C A P V T X .

ISidorus lib. 12. cap. 7. Turtur pudica avis gemi-
tum pro cantu edit. Virgil.

Nec

Nec gemere aëria cessabit turriur ab ulmo.
τεύχος τεύχων. Martial. lib. 13.

Dum pinguis mibi turtur erit, laetus valemus.
Hyeme in plumbis in caua arbore latet, Autumno
pinguis est. Martial. lib. 3.

Sed tendit auidis rete subdolum turdis.

Gemit hinc palumbus, inde cereus turtur, id est, pinguis. Ouidius in Philom.

Et castus turtur, atque columba gemunt.

Columba τερπων πέλεια, πελειάς, πελειά. Ouidius,

Aspices ut veniant ad candida testa columbe,

Accipiat nullas sordida turris aves.

Isidorus lib. 12. columbas dici vult, quod earum
colla ad singulas conuersiones colores mutent.
Veneri sacræ sunt. Martialis lib. 3.

Sonantur turres planis columbarum.

Paphias columbas Martialis lib. 8. vocat. lib. 13.

Ne violes teneras preduro dente columbas.

Lampridius pullos columbae vocat pipones, πεπειδεῖς, eos maximè qui palmulis pedum sunt pen-
natis. Columbinus Martiali dicitur.

De Perdice, & Gallina.

C A P V T X I.

Perdicem vnam Aristippus 50. drachmis emit.
Martialis,

Ponitur Ausonijs avis hac rarissima mensis,

Hanc in laitorum mandere sepe soles.

Athenaeus lib. 14. Plinius lib. 10. cap. 33. De gallina
alili Columella. Qui volunt non solùm opimas,
sed

sed teneras aves efficere, tribus aquæ partibus
vnam bonam vini miscent, madefactoque tri-
ticeo pane obesant auem. Quæ prima Luna sagi-
nari coepit, vigesima pergliscit. Plinii lib. 10. cap.
50. Gallinas saginare omnium primi cœpere De-
liaci. Martialis:

Pascitur & dulci facilis gallina farina,

Pascitur & tenebris, ingeniosa gula est.

Varro lib. 3. cap. 9. de re rustica, Gallinas villaticas
includunt in locum tepidum, angustum, & tene-
brosum, quod motus earum, & lux pinguedini ini-
mica. Columella: Locus sit calidus, & minimi lu-
minis, ut saginentur.

De Galbula, Catta, & Pavo.

C A P V T X I I.

GAlbula, seu Galgala, Græcis dicta ἀντερο. Quidam Charadrium esse volunt, aut αὐκό-
φαγον, ficedulæ non absimilem. Vide Oppianum, &
Epiphanium cap. 23. de Animalib. & Älianum, est
ἀλόνδρο. Plinius lib. 30. cap. 2. Icterum, & galgu-
lum vocat. Martialis,

Galbula decipitur calamis, & retibus ales,

Turget adhuc viridi cum rudis vua mero.

Catta Pannonica quæ sit ignoratur, de qua Marti-
ialis lib. 13.

Pannonicas nobis nunquam dedit. Umbria cattus,

De pauone alibi diximus. Macrobius lib. 3. Saturn.
Ecce non admiranda solùm, sed & pudenda, ut
oua pauonum quinis denariis væneant. S. Augusti-
nus

nus lib. de ciuit. Dei, scribit eius carnem per totum annum à putredine & carie illæsam seruari. *m̄s*
Græcis. Martialis,

Miraris quies gemmantes explicat alas,

Et potes hunc sano reddere dure coquso.

Iuuenalis,

— & crudum pauonem in balnea portas.

Apud Martiale lib. 13. epigr. 72. & 73. Cygnus, & Porphyrio, inter cibos numerantur. Porphyrio in Narbonensi prouincia frequens, rostro & cruribus purpura sparsis, cœruleus toto corpore color.

De Phœnicoptero.

C A P V T . X I I I .

Phœnicopterus Soli sacer alis puniceis, ciconia paulò maior, sed ei forma non absimilis, si colorem, & rostrum extimum excipias, palustris Nili accola, vt prodit Kiranides ca. 7. de quo Martialis lib. 13. epigr. 66.

Dat mihi penna rubens nomen, sed lingua gulosis
Nostra sapit.

Idem lib. 3.

Nomenq; debet, quod rubentibus pennis.

Suetonius in *Caligula*, Phœnicopterus avis circa lacus, & paludes vicitat, colore decora purpureo. Iuuenalis phœnicopterum ingentem vocat. Heliogabalus linguas phœnicopterorum expertiit.

De

De Phasiano, & Numidicis.

C A P V T . X I V .

MArtialis lib. 13.

Arguia primum sum transportata carina,

Ante mili notum nil nisi phasis erat.

Eustathius Agatharcides de Phasi fluvio, μῆθος ἡ ὥρνιδων τῆς φαλεράνων φασανῶν ποτᾶς Φάσης χάρακος συγχώνει τὴν σορδατῶν. Petronius: Iam Phasidos vnda orbata est auibus. Apud Lampridium, Heliogabalus vna die nonnisi de phasianis edit. De phasiano alibi egimus. Petronius:

Ales phasiacis petita Colchis,

Atque Afra volucres.

Statius lib. 4.

Si Libyca nobis volucres, & Phasides essent.

Gallinæ autem Afræ, seu Numidicæ dicuntur Meleagrides Varroni. Horatius:

Non Afra avis, aut attagen Ionicus.

Statius lib. 1. syl. vlt.

Inter qua subito cadunt volatu

Immense volucrum per astra nubes,

Quas Nilus sacer, horridusque Phasis,

Quas vdo Numida legunt sub antro.

Martialis lib. 3. epigr. 44. de gallinis Numidicis:

Argutus anfer, gemmeique paiones,

Noménque debet, que rubentibus pennis,

Et picta perdix, Numidicaque gnatata,

Et impiorum phasiana Celchorum.

Afra guttatæ dicuntur maculosæ, & guttis distinctæ.

K k k

De

De Anserē.

C A P V T X V .

Anserem laudat Catullus saporis suauitate, meo animo iniuria. Totum illud anserinum genus præ ficedula, perdice, attagene insipidum est. Catullus:

*Cinade Thalle mollior cuniculi capillo,
Vel anseris medullula, vel imula oricella. alij, binnula.
Petronio dicitur albus anser, & pictis anas pen-
nis. In Catalectis: Quidam, mollior anseris me-
dulla.*

De Rustica perdice.

C A P V T X V I .

Ea vocatur Græcis οὐολόνη, quia rostrum habet oblongum instar pali. Nemesius:

*Preda est facilis, & amena scolopax,
Corpo non auibus Paphiis maiore videbis.*

De Hædo & Porcello.

C A P V T X V I I .

Avibus subijciam hœdulum, de quo Martialis lib. 13.

*Lascinum pecus, & viridi non utile Baccho,
Dat pœnas, noctis iam tener ille Deo.*

Quia

Lib. II. Cap. XVIII. &c. 147

Quia capri dens viti nocet. Ouid. lib. 1. Fast.
Rode caper vitem.

De Porcello Martialis lib. 13.

*Læste mero pastum, pigra mihi matris aluminum
Ponat, & Etolo de sue dines edat.*

De Glire.

C A P V T X V I I I .

Glires comedebantur, vt Apicius lib. 8. cap. 9. Petronius, Ponticuli etiam ferruminati sustinebant glires melle, & papauere sparsos. Plinius lib. 8. cap. 52. Sicut glires quos censoriae leges præcepserunt M. Scaurus in consulatu non alio modo cenens ademere, quam conchylia. Martialis,

*Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore sum quo me nil nisi somnus alit.*

De Iecore anseris.

C A P V T X I X .

Plinius: In omni iocinorum genere præstat anserinum, tanquam tenerius, humidius, & suauius. Fartilibus in magnam amplitudinem crescit. Horatius,

*Pinguibus & ficiis pastum iecur anseris albi.
Lib. 2. Satyr. 8. Iauenal. Satyr. 5.
Anseres ante ipsum magni iecur anseribus par.
Inuentum M. Apieij, fici carica saginatis, ac satiate necatis repente mulso dato. Exemptum iecur lacte mulso augetur, ait Plinius.*

K k k k 2

De

De Apro & Lepore.

C A P V T X X .

A Pri alij aliis esui commodiiores. Horat. Satyr. 4. lib. 2.

Vimber, & ligna nutritus glande rotundas
Curuat aper lances carnem istantis inertem,
Nam laurens malus est, v Duis, & arundine pinguis,
Vineæ summittit capreas non semper edules,
Fœcundi leporis sapiens fœtibus armos.
Virgil. lib. 2. Georg. scribit vros, & capreas viti noxiæ esse,

Cui super indigas hyemes, solémque potentem
Sylvestres vri affidne, capreaq; sequaces
Illudunt.

Hillis, & intestinis tenuissimis fartis veteres vni
ges àravæ pueri. Ibidem Horat.

— Perna magis, ac magis hillis

Flagitat immorsus refici.

Immorsus, id est, iejunus apud Isidorum in Glossis.
Idem Satyr. 2. lib. 2.

Racidum aprum antiqui laudabant.

De Lalifione.

C A P V T X X I .

L EPORES Martialis cæteris herbaricis animali-
bus anteponit, Damas prædam esse canibus,
& hominibus dolet. Oryx ἀγειδημος Oppiano
vnicorn

Lib. II. Cap. XXII. 149

vnicornis, & bisulcus tardò in mensam venit.
Ceruu est frequentior, Lalifio pullus est onagri.
Vox est punica. Plinius lib. 8. cap. 44. Onagri in
Phrygia, & Lycaonia præcipui. Pullis eorum ceu
præstantibus sapore Africa gloriatur, quos Lalifi-
siones appellant. Martialis;

Dum tener est onager, soldaque Lalifio matre,
Pascitur, hoc infans, sed breue nomen habet.

De Caprea, Dorcade, & Hinnulo,
vel Hinnuleo.

C A P V T X X I I .

M Artialis,

Pendentem summa capream de rupe videbis
Casuram sferes, decipit illa canes.

αὐγαρός, σφεράς. Horat. lib. 3. cap. 15.

Lasciva similem ludere capree.

Lib. 1. cap. 3.

Sed prius Appulis iungentur capree lupis:
Martialis aliam capream à Dorcade facit. lib. 13.
quia Dorcas magis accedit ad naturam cerui, dicta
quia est oculatissima à θέρωμα. Vetus verbum;
πή τεστά λεοντά σφεράς αὐλουαν πάγας. Hinnuleus &
hinnulus est foetus capreolorum, caprearum, da-
marum. Horat.

Vitas hinnuleo me similis Chloë.
Omnes isti cibi sapidi.

K k k k 3

De

De Lucanica.

C A P V T X X I I I .

Lukanica pertinet ad cibos qui è carnibus fiunt. Apicius, ut Lucanicae fiant intestinum perquam tenuatim productum nucleis farcies, ad fumum suspendes. Item, Lucanica fit ex liquamine, intestino, & albumine porti concisi. Apud Varro. lib. de ling. Lat. Lucanicae fiunt ex artuina, pipere cymino concisis carnibus porci, in Lucanis reperta. Arnobius lib. 2. Castellamenta Lucanica, suminatam cum his carnem, & glaciali conditione tuceta. Martial. lib. 13. epigr. 34.

Filia Picene venio Lucanica porce,

Pultibus hinc niueis grata corona datur.

Malè nonnulli faciunt eadem Isicia Lucanicis. Item, Copadia, pulsus apud Apicum, Circellum rotundum, gustum versatile, gustum de oleribus. Botellum ex ovi vitellis, coctis nucleus farcies, ad fumum suspendes ait Apicius, qui & Duracina tubera, & patellam Lucretianam ponit. E mensa quæ superfuerant in canistris asseruabantur, ut alibi ostendimus. Horat. lib. 2. Satyr. 6.

— *cum ponit uterque*

*In locuplete domo vestigia, rubro ubi coco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos,
Multiq[ue] de magna supereffent ferula cœna,
Que procul exstructis inerant hesterna canistris.
Ergo ubi purpurea porrectum in veste locauit
Agrestem.*

Gallina vt subito tenera & sapida fieret, viua in
vinum

Lib. II. Cap. XXIV. 151

vinum aquā mistum mersabatur. Horat. lib. 2.

Satyr. 4.

*Si vespertinus subito te oppreserit hospes
Ne gallina malum responset dura palato,
Doctus eris viuam misto mersare falerno,
Hoc teneram faciet.*

De Carnibus elixis & coctis.

C A P V T X X I V .

Athenæus carnes elixas vocat ἐξ οὐδέτων κρέας ἐφθάνει τὸ ζῷον, quæ minus alunt, quam carnes aliae. Apud Suetonium in Claudio, Popinæ, in quibus cocta vendebantur, dicuntur Alexandrinis ἐφθοπόλισ, Atticis μαζείραις, καὶ ἀλανοπόλεσ. Ventres

sanguine, & pingui fartos Tertullianus vocat bo-

tulos cruento distentos, κοιλίας ἀσεκτάτης Aristophanes in Equitibus. Homerus Odyss. 6.

*γαστῆρες αἱ δὲ αἰγῶν κατὰ ἐν πνεύ, τὰς δὲ διὰ σόρπων
κατέθενται, κύνοις καὶ αἴματι ἐμπλέουνται.*

Ventre caprarum iacebant in igne, quas posuimus in
cœna nitore, & sanguine refertas. Δέλφας ὁ πατερίν
ἀρεαῖα partes intestinorum suis autumnalis adi-
patæ commendantur. Aristophanes in Thespophor.
ἐ δὲ χαδίνες, ἐδὲ ἱεταιῶν δέλφας. Non sunt fani,
neque intestinum suis. Eiecitiam valuam porcaria
anteponit Plinius, ἐκβολᾶς, eiecitia valua. Athe-
næo, ἐκπὺς excisa, ἄπατα ταχινώς fricta in sarta-
gine iecinora, lib. 3. Athen. Hippocrates, ἡπαρ βοὸς
ἐπισθῆτος ὅπλον, iecur bonis in cinere rostum. Ζωμὸν vo-
cant iusculum, in quo carnes coxerant. Apud Ga-

lenum lib. de pueru epileptico, σφρηξ ἀπλῶς ἐρυθρίαι
δι' ὑδατοῦ ἔγνωστος θεραπεύει, μένονται, καὶ τερψίν, ἔλαιον τε
καὶ ἄλλας σφρηξ ἀρδει κρίνεται ἐπιτίμεναν εἰς κλιθάρον. Carnes
simpliciter parata in aqua cum anetho, condimento, porro, oleo, sale, carnes sine nidore, & pingui in cibano
rostre. Plutarchus in Symposio. Θεφλι ἀναγνωστον victimum
simplicem vocat. οὐδεμια πόλυτρα οὐδέποτε, opsonia cum
nugis condimenti, Athenaeus. Philo in Allegoriis,
ἐπεικτέραματα γίνεται ὀφερπῆται, καὶ στοπόνων, λιχνῶν
πεπεργία, ut eiusdemia vulua, aut foetus suis ex utero
exculcarentur. Διῆς apud Athenaeum lib. 5. acceptos à coquo cibos mensis inferebat, proma
conda sublatas de mensa reliquias in penum condebat, & promebat, quoties opus esset. Lucianus
in Lexiphane ait gallos, qui canere desiissent, comedēti,
καὶ ὄρνις αὐτερψθε, καὶ ἀλεκτρίνων οὐδὲν ἀποδέσ. καὶ διὸ
ἢ ὅλον ἴπνοκεν ἔχειν, καὶ βοὸς λεπτογάρων οὐ καλών.
Ouam rotam in furno assatam, bonisque iam aiso con-
fetti pernam anteriorem. μῆμα, & μαστίνα apud Atheneum
lib. 14. obsonij genus exquisiti ex cruento,
& carne cum aliis condimentis. Cibos, quibus
vescimur, vocant τὰ φαγερόμυα, εσυμ φαγοφόραν,
edere φαγεφέντα. Cibos Hippocrates vocat φαγοφόρ-
ματα. Extantes è corporis trunco partes dicuntur καλῶν, sed in maestatis victimis, καλῶντες, καλεῖ, καλεῖται
sunt integra membra. Hesychius, καλῶντες sunt ἀκε-
κλών, id est, extremæ partes τῆς καλῶν, at καλῶν est
integrum membrum, crus, femur, pedes. Athenaeus lib. 4. φαρεδέντων καλῶν, τὸ μητέρον οὐ κράτιστος
ἐλάμβανε. Cūm colenes appositi essent, seu integra
membra, fortissimus, & optimus femur accepit.
Sal diuitum mensis inferebatur, non merus, &
simplex, sed cum thymo contusus, & suaue olens.

Athe-

Athenaeus, ἄλλας οὐδεμίνας ὄρα εὐ ἄλλας παῖσιν.
Video salem odoribus conditum in aliis lancibus. Ari-
stophanes in Acharnai. ἄλλας θυμίτας vocat con-
ditos. Scholiafestes, ἄλλας θυμιταὶ μὲν θυμίτας πεπιμένονται,
sales Thymitida thymo conditi, ἄλλες ἀνίδιται, sales
insulsi. Hippocrates, ἀκεκόλουτα ἐφδι τακερά, membra
cocta tenera. Pherecrates, Νέφεδα ἀκεκόλουτα, extreme
partes cocta. Athenaeus opponit τὰ τακερῶς ἐκπίνεται
τοῖς κραμακέοις, qua teneriter cocta sunt, torridis, &
assis, iurulenta assis. καλῶντες τακερήσι, saliti, delicati. Itali
dicunt, mornidi, οὐσοι· ταρίχῳ ἀλιστα κρέα, salsamenta,
carnes salita. πτοι, pipiones sunt pulli avium volare
incipientes. ἀμνός, agnus anniculus. Paropsis in-
terdum dicitur vile obsonium, seu maza, apud
Athenaeum. Avium cerebella fibris ademptis per
collum transmissa in pretio fuere, ἐκεφάλες ὄρνιθων,
καὶ χοίρων σφόδρα ἐξιμιλέταις οὐδιον. ἐξινῶν, ἐξινῶν est
vacuare. Interdum cum ipsis ollis, in quibus coctæ
erant, lentes circumferebantur, apud Athenaeum.
θειενεχθεισῶν ὄρνιθωντε οὐδὲν, φακόντε, καὶ ποσον ἀνταῦ
χύτεις. Et assæ gallinae circumlatæ. Faba, & pisum
coctionis causa seritur. Fit enim ex istis ius den-
sum pultaceum, quod Gallicè dicitur une purée de
pois. ποσον ἐψίσεως ἔργησι, ἐπυρηνὴ ἢ εἰς τάπων
ἔψημα γίνεται. ἐπινοι pultem vocant. Quæ de mensa
caderent inter epulandum, mortuis consecrabant,
ideò Stenebœa apud Euripidem, Bellerophonis
audita morte, quidquid sub mensa caderet, illi
dicauit:

Ἐπειδὴ νομίζεις τὸ βελλερόφοντα τεθράνει
ποσον δὲ μη λέπιδεν ὡδὲν εἰς χερός,
ἄλλα εὐθὺς ἀνδαῖ τῷ κοσμήτῳ ξένῳ.

Nihil, quod de manu cadat, eam latet, sed statim

K k k k

id

id dicat hospiti Corinthio. Ferinas carnes vocant ἀγειναῖα, lib. 12. Athenæi, πολλὰ μὲν ἀγειναῖα ἔχει. Cibi mensis impositi dicuntur interdum ὄπτρατζόματα. Cibi omnes præter panem vocantur τὰ φεστάματα. In Atheniensium mutationibus ciborum φεστοπάραι fuisse diximus, cùm circumferrentur cibi, ut quisque caperet quantum vellet. Apud Thessalos singulis conuiuis singulæ patinæ probè instructæ apponuntur. Alexis, ἀλλὰ δὴ καὶ ἡναὶ ἕκαστοι αὐτοῖς παραπέντα μεζανίων, ἐκ τῆς ἀποκεισθεντος. Sed omnia sancè singulis apposita magnifice. μεζανίων malim, non Attico, & parco more, neque nimis astricto. κύλοι veteres dixerunt alimentum, vnde ἀκόλατος. Athenæus lib. 7. ὅφυτοι τοῖς παῖς παρὶ κατασκεψίοις εἰς ἑδεῖν, ab ἑψα, quasi ἐφεδροῦ, clixum, vel ab ὅπλῳ, quasi tostum. Alij ὅφυτοι ab ὅψῃ, id est, sero. ἐκ ἑδεῖν, ἀλλ' ὅψῃ τοιωτος Ἐρεᾶς φεστοφεγγοτο, quia non manē, sed vesperi cibos comedebant, vel quia vñus oblongiorum sero introductus est, cùm primi homines herbis victarent. Reliquias qui ē mensa tollebant, dicebantur ἐκφαντίζειν. Athenæus lib. 4. ἐκφαντίζομένων σαρδιμάτων ἕκαστος ἀπέφερε ὄλεμελη ἥρια, cùm teliquia ciborum congregatae de mensa tollerentur, quisque auferebat carnes membris integris constantes. ἐκφαντίζουσα ἄρτον, panis frustula inter analecta mensarum conuerri solita. Lex Fannia carnis salitæ quindecim talenta in annum expendere permiserat, χρίσας καπνιζεῖς δεκάπεντε τάλαντα δεκαεῦν εἰς τὸ οἴνοπον ἐποχάρι, carnis fumo duratae. Talentum unum centum viginti libras Romanas continet. Salitæ carnes τεταυχθεῖσα ἥρια ἔλισα ὅφυτο, & φεστοφεγγοῦντο, quidquid ad panem adhibetur,

betur, Latini pulmentum, pulmentarium, obsonium vocant. Hesychius, κάλα, πόδες, σκέλη, ὄση, μέλι, κερίδες, καλοβίλαι, παῦες, καλεό, μέριθρον κρίσις, πήνη σκέλους ἵνα ὄπλατον καλών, καλέον. καλίαν ἴρυναν, τὸν γαστοκυνίαν, τὸν κάπιλον. Apud Cerretanos Hispaniæ pernæ egregiæ componuntur τοῦς κενταύρους ἐράμιλοι φεστοδον & μικρὸν τοῦς ἄνθρωποις φεστοχοι. Cantabricis dubiam palmam facientes, vnde magnos reditus reficiunt, ut Strabo lib. 3. apud Athenæum lib. 3. Antiphanes ait, ἀκερούλειον ἔτοις ἀφεοδῆτη γελοῖον ἀγνοῖς. Argui Veneri sues immolant, festum dicitur ὑστεῖα. οὐκ vocant quasi θῦντα, quod à sue pecoris immolandi initium sumptum. ἀρέθρον ὁ στεγεός, aper. Ouidius lib. 1. Fastor.

Prima Ceres auida gauisa est sanguine porce.

Galenus porci carnem cæteris anteponit, quia humanae similiors. Chalcidensis hospes Tito Quintio ferinae carnis omne genus apposuit in solstitio. Miranti dixit: Atqui hospes omnes istiusmodi dapes ex sue domestico fuerunt. Tum Quintius: Talis est Ἀδεπολ Antiochi exercitus, cataphracti alij, alij velites, alij hastati, aut legionarij, phalange compositi, verū omnes Syri sunt. Perna, glans, sumen, callus, penita offula ex porco. Ἀgyptij, & Flamen Dialis porcum non tangunt. In Creta saera fus, quia Ioui prima mammam præbuit, & grunnitu vagitum eius occultauit. Ἀgyptius, qui tetigit suem, immundus habetur, donec vino fluiuo lauerit, quia bruta, libidinosa, amica luto. Diogenes aiebat athletas iactus non sentire, quia suillas carnes ederent. Prægnans terræ sus mactatur, quæ propria ei est hostia, ait Macrobius lib. 1. cap. 12. *Saturnal. Iuuenalis Satyr. 2.*

*Atque bonam tenere placant abdomine porce,
Et magno craterem Deam.*

Porci laribus immolantur. Propertius lib. 4.

Parna saginati lustrabunt compita porci.

Horatius 3.lib. 2.

— immolet aquis

Hic porcum Laribus.

Romani cæso porco fœdera feriebant. Virgilius:

— & casa iungebant fœdera porca.

Ideò porcus in Romanorum vexillis pacis argumen-
to , aut quia nunquam in pascendo retrocedit , sed pergit ultra. Porcus sacer Cereri. εν τοις
μυστηρίοις ἡ διηγήσθε χρῖσθαι τούτον , ait Scholia festis Aristophanis in Acharnæ. φωνὴν χρίσαντο μυστηρίων
vocem porcorum , qui in mysteriis immolantur.
Iuenalis lib. 11.

Moris erat quondam festis seruare diebus

Sicci terga suis, rara pendentia crata,

Et natalitium cognatis ponere lardum.

πενάχη , σκελίδες , τόμοι , πλεγίδες . Perna , segmenta , la-
tera suum , succidia , petasones . Plinius lib. 8. cap. 51 .
Fico carica necantur sues satie , repente malfo
dato , neque alio ex animali numerosior materia
ganeæ , quinquaginta propè sapores , cum cæteris
singuli . Censores interdixere sumina , glandia ,
abdomina , testiculos , vulvas , aprugnos , callos . Pu-
blius Mimus sunien primus vocavit . Aper in tres
partes diuiditur , media in cœnam dicitur lumbus
aprugnus . Olim dimidiatus aper in cœnam fuit .
Primus Rullus solidum aprum posuit ; primus
lumbos aprugnos dixit , & solidum aprum Cice-
roni dedit . Porci non lactentes dicuntur nefren-
des , quia fabam frendere non possint . Varro lib. 2.

de

de re rustica , cap. 4. Scropha cum esset quæstor Li-
cinio Nerua , & hostes impressionem fecissent
in castra , cohortatus milites , ut caperent arma ,
atque exirent contrâ , dixit , celeriter se illos ut
scrofa porcos disiecturum ; id quod fecit , & scrofa
cognomen insuevit . Patres nostri dixerunt ignavum ,
& sumptuosum esse , qui succidiam in carnario
suspenderit , potius ab laniatio , quam ex fundo
domestico . E porcis succidias Galli optimas , &
maximas facere consueverunt . Quotannis è Gal-
lia apportantur Romam pernae tomacinae , tænia-
cæ , petasones . Missa offula cum duabus costis , quæ
penderet . Decimo à partu die porci dicuntur sa-
cres , id est , puri , & ad sacrificia idonei . Maiales
vertes , qui anniculi , vel semestres . Porci , qui de-
pulsi sunt à lacte , dicuntur Delici . Castrati magis
crescunt . Porci variis morbis infestantur . Apud
Suidam , τείλα πατένη οὐδὲ νῶν , βράχη , μέρις πυρὸς π
σώματος , κραύρα , πυρετὸς οὐκεταῦς πόνωφ , σημεῖον ταῦ
τα πολὺ καταβεβλῆσθε τὰ ὄπα , χ. κατηφῆ οὐδὲ τὰ σώ-
ματα , ή διάφορον έξιν ἀσθεπτόν . Κραύραν οἱ νομοῖς
ἔχουσαν πάντες . ἢ οὐδὲ βράχης φειτέμνουσι τὰ σεοπότα οὐδὲ
σερκίδες . Odysseus lib. 5. έπινοι βάλανον μνονικόν , χ. μελα-
νῆς πίνουσι , τὰ δ' οὐσιά τρέψι τελαγάν αλοιφέων .
Varro lib. 4. de lingua Latina . Suillam primò assam ,
deinde elixam , tum è iure . Succidiā à suibus con-
cidendis . Nam id pecus primum occidere coope-
runt domini , & ut seruaretur , salire . Offula in-
sue offa minima . Infisia ab eo , quod insecta caro .
Festus depubem porcum vocat , qui prohibitus sit
pubes fieri . Dissulcus , cum in ceruice fetas diuidit .
Eustathius , οὐδὲ συντὸν τὰ μὲν τέλεια , χ. ἔνορχοι καταφοροι ,
τὰ δὲ σινουσι σιλοι , τὰ δὲ ὑπαλίσιοι σινει , τὰ δὲ κέα δέλφινες ,
τὰ

τὰ ἐξ ἄπλατον, ὡς νέωνα χρήσει. Hesychius, ὃς τὸν
ροπόλων δραμεῖται, παφομένα, οὐδὲ τοῦ ἑαυτοῦ, εἰς ὀλεθρού
βαλλόντων. Vet. Gloss. perniones χέμετλα, lege, τεμά-
χα, vel τεμάχη. Diuina tomacula porci candiduli,
Iuuenalis Satyr. 10. Festus, Porca biseta, cuius à
ceruice seta bifariam diuiduntur, cùm iam inci-
pit maior esse sex mensium. Vet. Gloss. Bisenus
χοῖς, ἔξαριστος, lege, bisetus. Herodotus lib. 2.
Porci in Aegypto μασοὶ. Λοῦ της Φαίης ἀντὶ πειρῶν
νός αὐτοῖς τοῖς ἴματοῖς ἀπὸ τῆς θεοφυτῆσσού βασίς
ποταμόν. Omnes fugiunt subulcos, συέοντες. Varto
lib. 7. Volutates sues colluuiates, volutares ho-
mines in tenebris, ac suilla, vivunt. Athenaeus
lib. 9. πτυλίδων σῶν. Vide Clementem Alexan-
drinum lib. 7. Stromat. Apud Athenaeum, σπλάγχνα
ἄπλιτον, καλῶν ἥρπατε, κρέας ἐξ ἄλμης. Viscera tosta
sunt, fungosum sublatum est, caro ex salsamento de sue.
Phasianus Solis vaporibus coquebatur. Hierony-
mus epist. ad Oceanum, Non ut Phasidas aues lentis
vaporibus coquat, qui ad ossa perueniant, & su-
perficiem carnis non dissoluant, artifici tempe-
ramento. Cerebella erant in deliciis. Apicius de
pulibus Iulianis, Alicam purgatam infundis, cùm
feruerit oleum, immittis cerebella duo cocta se-
libram pulpæ. In Prytaneo alebantur bene de Re-
publica meriti pane, carne, tomaculis. Aristophanes
in Pluto, πρωτανέον οἴηθος ἀριθμός, κρέας, ὡς τέμαχος.
Frustum lardi, aut pisces, quia frequens lardi virus fuit.
Varro lib. 4. de lingua Latina, In sue offa minima.
ἀπλανδοῖς afflatae porci, τεμάχη, τόμοι, σκελίδες,
πλειδεῖς. Plutarchus lib. 2. de sarcophagiis οφράγματος σῶν
ἀδυούτες ὀβεῖται μεταπόρες, ἵνα τῷ βαφῇ τοιάντες, πει-
σθεντοισιν αἷμα, ὡς σταχχόμνον, τὸν σύρκην θρύψῃ, ἢ
μαλάζην.

παλάζη. οἱ δὲ ἕποι σῶν ἀπτόκων ἐναλλόμνοι, ὡς λακτί-
ζοντες, ἵνα αἷμα, ὡς κάλα, ὡς λύρον ἐμβρύων ὁμοίουσι
φθαρέντων τὴν ἀδόσιον ἀναδόσατε φάγωσι τὸ ζώο τὸ
μάλιστα φλεγμάτον, ἀλλοι γεράνων ὄμματα, ὡς κύκνων
ἀπτρόπαζατε. In eadem suum ignea verucula impel-
lentes, vt ferri tinctura sanguis extinctus, & diffusus
carnem molliat, & sapidorem efficiat. Illi autem in ubera
suum factarum insilientes, & pedibus calcantes, vt san-
guinem, & lac, & rabum embryonum simul corruptorum
in partu subigentes comedant, id quod in animali maxi-
mè tumet, & exactuat. Alij oculos gruum, & olorum
corradentes, forte ἀπτρόπαζατε, vel ὀπτρόπαζατε. Ischia
Græci vocant τοικα, τοικια, vt σιλοικα, σιλοικια.
Varro lib. 4. de lingua Latina, Ab infecando insecta
minutum caro, qua auium, vel piscium ventriculi
farti. Vuluæ in pretio erant. Iuuenalis Satyr. 11.
Qui meminit calida, sapiat quid vulva culina.

Tertullianus lib. de pallio, cap. 8. Pauum cibi causa
primus Hortensius Orator occidit. De sumine
Martialis lib. 13.

Esse putes nondum sumen, sic vobis largo

Effluit, & viuo latete papilla tumet.

Lucianus in Lexiphane, παρεκρόνδασο ὃ στήχαλον θεῖα, ὡς
σκελίδες ὡς πτεινα, ὡς τογιόδος ίὸς τὸ ἐμβρυοδόχον ὑπέτερον,
ὡς λόβος ἐπι ταχινα, ὡς μυθατός, ὡς ἀερυτάνη, ὡς
τοσαῦτη πτερης καρυκια, καὶ θρυμψατίδες, καὶ θρία, καὶ
μελιτόπτη. Apparata erant bifida suilla, & laterum
pulpamenta, & suminis quadam, & sui nuper enixa
intestinum. Illud, quod foetum recipit, & hepatis è sarta-
gine, & allatum, seu moresum, & edulium è nasturio,
& similia quadam condimenta opipara, & placenta, &
frictilla ficulnis folijs inuoluta, & ex melle dulciaria.
Apicij pullum Numidam laceratum, vardanum,
Fronto

Frontonianum, pullus tractogalates (id est , cum træcta, seu placenta ex lacte) vulvæ steriles, callum, libelli forte lumbelli, coticulæ, vngellæ, sumen ficutum, ofellæ, assuturæ, lumbuli, renes, perna, copadia, pulpæ. Lucanica fit ex liquamine, intestino, & albumine porti concisi. Isicia de pauo primum locum habent, secundum de fasianis, tertium de caniculis, pulpa concisa. Botellum ex ovi vitellis coctis, nucleis pineis concisis. Ut Lucanica fiant, intestinum perquam tenuatim productum nucleis farcies, ad fumum suspendes. Coactus, & coctus cibus idem est Festo. Liuius lib. 4. Nihil præter arma, & quod coacti ad manum fuit cibi militi ferre licuit. Virgil. in *Moreto.*

— liquidoque coacto.

Catulina Carthaginenses vesci soliti. Iustinus lib. 19. Canina carne vesci Carthaginenses à Dario prohibiti. Homerus omnibus ὄντα κρέα apponit, tostas carnes non elixas, εὐ μελίπηκτα, καρδιάλια. Achilles νότα βοῶς, terga bonis. Philochorus scribit Αἴθωνοι ἀπέκτη ἀρύσ παντεύα γέδεας, δημιουρόν ποτὲ τὸ ζῷον τὰ τρεῖα φίεται, neminem gustare agnum qui non torus, aut vulsus fuerit, cum aliquando defecissent. Priamus filios suos vocat, ἀργαν, οὐδὲ ἐπίφων ἔνδυμας ἀρπακῆρας. Apud Tertull. de pallio cap. 8. Aelopus histrio ex omnibus canoris aubus patinam confiscavit. Apud Isidorum lib. 20. cap. 1. & 2. Pulpa caro est sine sanguine, dicta quia palpitet. resilit enim sæpe. Hanc plætique viscum vocant, quia glutinosa sit. Colustrum lac nouum. Arnobius lib. 2. Suminatam carnem, & glaciali conditione tuceta dixit, quæ hodie in Italia frequentia sunt. Idem aues ita torrei ait, ut è pinguedine fluente botulos

botulos faciant. Verba eius sunt, ut in coquendis alitibus pinguitudinem nossent retinere labacem, ut spirulas, & botulos facerent, isicia. Lucianus de iis qui docent Ἀπό μεσῷ, non tibi proponetur ἐργασία, ἀλλὰ νενῶν ἡμίτομος, gallina crassa & pinguis, sed pullus dimidiatus. Peregrinas aues in amotibus fuisse diximus. Mamertinus in *Panegyr. Iuliani*, quum quæsitissimæ dapes non gustu, sed difficultatibus & stimarentur, miracula auium longinqui maris, pisces alieni temporis poma, astiuæ niues, hibernæ rostæ. Philo in *Mechanicis*, κρέας κρεμασά εἰς οἰνῳδὴ τετράκινη ἀρπάστος, οὐδὲ ἀλός τεργαδέοντος. Carnes suspensa in face vini non egent sale, aut alio condimento. Athenaeus lib. 14. ὁρνής αἰγαὶ, θελφύκια, πετοζόρια, καὶ πέραν. Aues aliles, porcelli, petazzones, pernae. Catulos lactantes Romani adeò pueros existimabant ad cibum, ait Plinius lib. 29. cap. 4. ut etiam placardis numinibus hostiarum vice vrentur. Veteres neque ranis, neque cerebris animalium vni, apud Plutarch. 8. *Sympoz. Problem. 9.* Grues tanti fecere, ut ex Melo insula Romanam deportarentur. Lib. de carnis vnu scribit oues Melicas vocari Medicas. τὰς ἐν μήλῳ ἐρπετας vocat Clemens Alexand. lib. 2. Pæd. g. cap. 1. Hocdos Melicos. Catuli ferarum vocantur ὄψείνα. Plutarch. *Sympoz. 2.c. 10.* τὰς ἐν ὄψεινας ἐνείνας δακτας & χεὶς μεταφέρειν. Istas coenæs εἰ catulis ferarum non oportet transferre. Seruius ad hæc lib. 1. *Aeneid.* Verubisque trementia figunt, negat Heroicis temporibus moris fuisse ut carne vescerentur elixa. Conuiuum Aurelianum fuit de assuturis, quæ raro fuere sine iure apud Vopisc. Tuceta apud Gallos Cisalpinos bubula dicitur condimentis quibusdam crassis obliterata, & mace-

rata, ait Persij vet. Scholiast. & ideo toto anno durat. Solet etiam porcina eodem iure condita seruari, aut assaturatum iura. Glossæ, Tucca, κυτάχη ζεῦς· ζεῦς de assis, ζεῦς de elixis. Βλέπω τὸ ζεῦς αὐτὸν τὴν νούμαν. νούμα est gallina Numidica, λαγών, frustum leporinum quod singulis conuiuis apponi solitum. In coena Carani στάχεις στρωμάτης φρυγανίδιον διαπεργμένον πεπεφερτό εἰστι, apri venabulis argenteis confixi circumferebantur singulis conuiuis, qui 120. erant, ut quisque quantum vellet caperet. στρωμά, & στρωμά sunt venabula, apud Athen. lib. 4. apud eundem lib. 7. Hercules fuit amans bubulæ. Eadem παταρίαις παρθενάται sunt patinarum struices Plauto. Hesychio γαβαλίματα ἡ γαβαλίματα τὰ καὶ λεπτὸν ὑδόματα, edulia concisa; vulgo, hachis. Apud Clementem lib. 2. Padag. Virile magis esse dicitur alia carne vesci, quam elixa. οὐδὲν δέντρον ὄπιον μᾶλλον, ἢ ἐφθε μεταδοτέον. Lactentes porcelli Athenæo lib. 4. dicuntur ὄρθυορχοις οἱ γαλατῖοι χοέσι. Hesychius, ὄρθυορχος χορίδεον μηκόν. Βορταρίσια χοέσι χρία, Βορτάκεοι Laconibus μικροὶ χοέσι. Theophrastus prodit Thyn Regem Parphagoniae ἔκποτε πάντα θρησπόντες δειπνάτα ἐπὶ τῷ πάντοτε, coenantem omnia centena apposuisse, centum apros, centum boues, &c. ὀπλάνιον opus culinarium, ὀπλάνιον ὑματα βράματα ὀπλάνιον τῷ πατέρᾳ. Athen. sub finem lib. 4. Cibi qui inferuntur in mensam. Cibi autem qui ē mensa sublati in penus asseruantur dicuntur præsentes. Eustathius, παρέντα βράματα λέγει τὰ τὰ πολὺ παισίφ απόδετα, ήτοι ἀπλακτὰ τὰ τὸ θρησπόντες οἱ διεῦσθε θρησπόντες. Recentia enim coquus apponit. Raro veteres vitulorum carnibus vni. Hieronym. contra Iouinianum lib. 2. de lege Valensis

Valentis Augusti, Ne quis vitalorum carnibus vesceretur. De boue item aratore vetitum. ιερεῖα autem dicta non tantum sacrificia, sed carnes victimæ quibus vescebantur. Iuuinalis,

Accidente nona si quam dabat hostia carne.

Xenophon in ascensi Cyri, ἐνταῦθα πάντα δημιουργία σον θεῖν ἀγαδά ιερεῖα, στον. Ibi omnia eius bona, γιατίτια, triticum. lib. 5. ιερεῖα ἐπόλους ἥρην, ἢ ἄλλα ὅντες, id est, carnes vendebant nobis, & alia qua habuerunt, quia olim impius habitus qui ἀδυτα comedenter. Apud Homerum Scholiastes, in ιεροῖς, ἡδε βοῶις, interpretatur δρέπα, & quicquid vni esse θέλει οὐδὲ τὸ οὐδὲ οὐδέ, id est, muttere lanam. Ionibus οὐκούρεσθαι, comedere, apud Hippocratem θεούρημata cibi. Athenæus lib. 8. ἄργα σιμπικτον ὕδυναδμένον, agnum conferuefactum, vel coctum conditum. Hesychius οὐδὲν condimenti genus esse vult. συμπίκτω, cogo, coalesce facio. οὐχιται ἐλαιοφιλοφάγοι οὐ ταρδοί olinis autide vescentur. Sturnos olim non esitarunt quia putarunt esse ὄρνιθα ἄγεια, aniculas agrestes. Antiphanes tamen φαεσ ἐν τοῖς βράμασι καπιλέσι, sturnos in cibis numerat. συκλίς ficedula. Vocatur à quibusdam ἐλαῖοις, ait Alexander Aphrodis. ab aliis πτερίαις, eadem ficedula quum viginti fucus, ὅτεν ἀκμάζει συκη. Veteres Cerebella non gustarunt, quod omnes prope sensus insint in cerebro, ait Athenæus. Sophocles cerebrum λαδίον μέλεον, albam medullam. Galenus μέλεον ἐκεφαλίτην, vocat. Propter debum de homine nequam apud Eustath. οὐδὲν αὐτὸν ἐκεφαλαν γ' ἔστω λίποι, qui cerebrum comedens nihil relinguat. Falsum est veteres non nominasse cerebrum, Homerus & Euripides nominant.

De Piscibus esculentis.

C A P V T X X V.

DE carnibus esculentis egimus, & multa omnissimus, ne copia nos perderet, ut ciborum copia saepe conuiuis exitio est. De piscibus esculentis iam agamus. Græcis penè omnibus pisces in delicis fuere, opinor quia magna Græciæ pars maritima est. Rhodij certè homines elegantes, & lautos eos esse existimarent, qui piscibus vescerentur, alios omnes insulsos, & comedones, apud Ælianum lib. 1. var. cap. 28. Scarus, lagois piscis, ostrea, sapore inter alia commendantur. Horatius Satyr. 2. lib. 2.

*Non in garo nidore voluptas summa,
Pingue vitris, albūmque, nec ostrea,*

Nec scarus, aut poterit peregina iuuare lagois.

Lepusculus est marinus. Apud Varromem in *Satyræ de cibis* laudatur pelamis Chalcedonia, muræna Tartessia, aselli Peßinuntij, ostrea Tarentina, peſtunculus Chius, ellops Rhodius, scari Cilices, nuces Thasiæ, palma Ægyptia, glans Iberica. Acipenserem γαλεὸν, aut ἡπονα esse aiunt, quidam silurum, omnino est διονος. Dorionis apud Athenæum, seu galaxias Galeni lib. 5. de alimentis, Gallicè *Erougeon*. Sturio apud Pollucem lib. 6. commendatur. μύσαυα ἐν πόθμῳ, μύσαυα ταρπωσίᾳ, θάνῳ, καρπῷ, καρπῷ ἐν οὐδίῳ, μόλχαι πλωειναι, τεῦτλον ἐξ ἄσηρος, μύσαυα ἐν λιπαραῖς. Murana ex freto, murana Tartesia, thynnus Tyrius, mugil ex Sciathe, concha Peleri, murana ex Lipara, beta ex Ascre. Seneca epist. 95.

Quid

Lib. II. Cap. XXV. 165

Quid tu illa ostrea inertissimam carnem, cœno faginatam? &c. quid illud sociorum garum, pretiosam malorum piscium sanie? Memini fuisse quondam Æsopi nobilem patinam, in quam quidquid apud lautos solet diem ducere properans in damnum suum popina congesserat, venetiæ, spondylique & ostrea eatenus circumcisâ qua eduntur, interuenientibus distinguebantur echinis, forti, distracti sine ossibus nulli constrauerant. Testas excerpere, atque ossa & dentium opera coquim fungi. Vide Plinium lib. 10. cap. 51. Ut aprum posmis, sic squillas cingebant asparagis. Iuuenalis:

*Quæ fertur domino squilla, & quibus vnde cincta
Asparagis.*

Macrobius lib. 3. cap. 13. *Saturnal.* Ante cœnam echinos, ostreas. Pollux lib. 6. de *piscibus salitis*, ταρπω ποτηρι, φεύρια, αἰγύπτια, ουρδῶν, γαλατικα, ὁραια τερπάνη σκόλεσων νεφίνων, πλευρῶν θυιδῶν, ἵψις, ἐν ταρπων, ἵψις ἐξ ἀλυῆς. Salsamenta Pontica, Phrygia, Ægyptiaca, Sardonia, Gadica. Salsamenta æstiua, scombrorum, mugilum, cuborum, thynnidum. Thynni, colia, saperdæ Lesbiæ, mylli. Piscis ex sartagine, piscis ex salo, ἔπω ψὲ σκάλων τὸ θέλινον ζαμιόν. sic enim piscium ius vocarunt. θέλινον κερπέων τὰς νίστες ἐπίγεων. Mugiles ieiuinos laudabant. Vide cap. 9. sectione 2. & 3. Heliogabalus primus fecit de piscibus ificia, apud Lampridium. Sybariticam mensam semper exhibuit ex oleo, & garo, quam quo anno Sybaritæ reppererunt, perierunt. Bárbas sanè mullorum tantas iubebat exhiberi, ut pro nasturtiis, apiastris, & fasclaribus, & foeno Græco exhiberet plenis fabatariis, & discis. Fasclares sunt faseli qui sumebantur cum garo & aceto apud

Galen. de virtut. aliment. Fabatarium est vas in quo fabatum, id est, granum fabæ reponitur. Idem pisces semper quasi in marina aqua cum colore suo coctos conditura Veneta (id est, colore maris) comedit. De muræna Sicula Martialis:

Quæ natat in Siculo grandis murana profundo

Non potest exstam mergere Sole cuius.

ωνδηλημένα τὸ δῆς apud Athenæum lib. 1. farta, σκητή. ωνδηλεύειν indere fartum. Apud Hesychium ὡνδηλημένος ἔρημα, τὸ θασεται μίνον, condimentum fartum, alij legunt θεσαρίνον, à στίλο stilo, quasi olei guttis irroratum. Tithæ conchulæ apud Pollucem lib. 6. ostrea, purpuræ, coryphæ, carabus, astacus, χῆμα, hiatulæ, conchæ, κτήνες pectines, loligines, flagella polypodium, sepiæ, sepidaria, echini marini, μίγεια, bulbæ, πίμαχος, salsamenta piscium. Athenæus lib. 7. τείγου εἰ τὸ γένειον ἔχουσα ιδούσες εἰσι μᾶλλον τὴν ἄλλα, nulli barbati gratores, & suauiores imberbibus sunt. Lupos inter pontanos Lucilius vocat catiliones,

Hic pontes Tiberinos inter captus catillo.

ποταμία μύρανα ἀπίπλιον, fluuiatilis muræna exofsis dicitur lampetra, seu mustela exormistos, quia fundum maris deserit, vt in summum enat. Seneca lib. 3. natur. quest. cap. 18. Nihil est mulo moriente formosius. In garo pisces natant. Da mihi vas vitreum in quo pisces exultet, vbi trepidet. Sub mensa erant plarumque piscinæ. Apud Catonem lib. de re rust. cap. 5. Pulmentum fit rusticis ex halece, vel olea caduca, & aceto. Apud Lampridium Heliogabalus coenas Apicij, & Vitellij vicit, pisces ex viuariis suis bubus traxit, nunquam minus centum millibus ms. coenauit. ἑπάτον & ἑπάτον genus

genus salsamenti apud Athénæum lib. 3. l. 1. εἰς τὸ εὖ τοῖς ἐφύτοις ἀράτον, cum in paropside pisciculis minutis plena inferretur oræum salsamentum. Lucianus in Lexiphane, οὐδὲ τὸ παντερυχίον τὰ σελάχεα πολλὰ καὶ ὅσα ἐστάντα τὸ δέρμα καὶ τελέα ποντικόν τὸ σαργάνον, καὶ ποταμίας, ex natatilibus autem & marinis cartilaginea multa, & quæcumque ostreaceis teguntur, & offa Pontica ex iis que nassis excipiuntur, & anguilla copades. καὶ ιχθὺς τὸν παράσιλον. ἴλαχιτικὲς sunt similes colo qua mulieres nent. ταῖχηρα, & salsamenta penè omnia siebant ē piscibus, pretiosissima ē scombris quos macarellos vulgo vocant. Tria autem liquaminum geneta fuere, primum quod ē scombro garum indigent, alterum ex thynno pisce muriam vocant: tertium quod ex quo quis minuto pisce halece deterrimunt, vt vult Isidorus, quod alec dicitur. Horat. lib. 2. Sat. 4.

Ego facem primus, & alec inneni.

Plautus in Aulular. Qui mihi olera ctuda, & alec danunt. Muria optimâ siebat ex thunno Antipolitano. Antipolis vrbs prouinciae Narbonensis, unde thunni laudatissimi, vt Plinius lib. 3. cap. 9. & lib. 31. c. 9. & Gellius. De mutia Columella lib. 12. cap. 7. & 25. Deinde salsugo piscium. Pisces enim in liquamine, seu salsamento soluti humorem liquant, quem salsugineum, seu muriam appellant. Oxygatum ex garo & aceto fit. Martial.

Inter lactucas, oxygariumque liber.

Oui recentis vitellum imbuebant liquore scombrei pisces, qui in aqua sulphureum induit colorem, extra communem ait Plinius lib. 31. cap. 8. Nec liquor vllus penè præter vnguentā maior in pretio esse cœpit. Scombrum Latini lacertum vo-

168 *De Coniuuijs,*
cant, Gallicè *maqueream*. Maior scombrus Græcis
dicitur *σκορπεῖς*, minor cotias qui ætate tantum
differt à priore. Martialis,

Candida si croeos circumfluit vnda vitellos
Hesperius sombri temperet ouia liquor.
Id est, si vitellus ouia est cum suo albumine lacteo,
& recenti, eum temperato garo è scombro Hispano.
Apud Plinium scombros Mauritania, Bætica,
& Carteia capit lib. 31. cap. 7. Garum plerique ex
garo pisce fieri volunt. De garo sociorum, vide
Colum. lib. 12. cap. vii. & de Hydrogaro. Martialis
lib. 6. ep. 97.

Amphora corruptio nec vitiata garo.

Lib. 13. ep. 97.
Exspirantis adhuc sombri de sanguine primo
Accipe fastosum munera prima garum.
Sociorum garum intelligit quod *ταυχηὶς* vocat
Comicus. Manilius lib. 5.

Hinc sanies pretiosa fluit, florēisque cruxis
Euemit, & misto gustum sale temperat oris.
De œnogaro. Martial. lib. 7. ep. 24.

Sed coquus ingentem piperis consumet acerum,
Addet & arcano mixta falerna mero.
Horat. Satyr. 4. lib. 2.

— Ego faciem primus & alec (ait Catius)
Primus & inuenior piper album cum sale nigro
Incretum puris circumposuisse catillis.
Seneca garum pretiosam saniem præcordia ro-
dentem vocat. Plinius lib. 31. cap. 7. Muria aqua est
sale mista. Columella lib. 12. cap. 7. & 25. Pisces in
liquamine soluti muriam liquant. Martial. lib. 13.

Antipolitani fateor sum filia thunni,
Essem si sombri non tibi missa forem.

Halec

Lib. II. Cap. XXVI. 169

Halec est infra muriam ex halece pisce. Horatius
Satyr. 4. lib. 2. Ius simplex esse ait è solo olio, du-
plex ex oleo & muria.

— simplex è dulci constat olio,
Quod pinguis miscere mero, muriāque decebit,
Non alia quam qua byzantia putnit orca.
Hoc ubi confusum sc̄tis inferbuit herbis
Corcyroque croco sparsum stetit insuper addes
Pressa venafraue quod bacca remisit olina.

De Mullo.

C A P V T X X V I .

FEnestella mullos à colore mulleorum calceo-
rum dici vult apud Plin. lib. 9. cap. 17. Rubro
colore est, sed moriens varius induit colores, ait
Seneca. Mullus 8. librarium in mari rubro captus
lib. 9. cap. 18. Mullus vnicus 80. millibus nummum
ab Afinio Celere emptus. Alius apud Senecam 10.
millibus nummum, id est, ducenis quinquagenis
philippensis. Dicitur *τείγη* quod ter in anno pariat.
Dioscorides lib. 2. cap. 24. *τείγη* οὐωχῆς ἐδιομένη ἀπ-
βαντας τετραδεκάτην, mullus affidū comestus hebe-
rat oculorum aciem. De eo Martialis,

Spirat in aducto, sed iam piger, aquore mullus
Languescit, viuum da mare, fortis erit.
Vide Macrobius lib. 7. cap. 11.

L 111. y De

De Rhombo & Scaro.

C A P V T X X V I I .

RHOMBUS vulgo turbos, pisces laetus & latus.
Iunenalis,

Incidit Hadriaci spatium admirabile Rhombi.
Martialis lib. 13. epigr. 76.

Quamvis lata geras patella Rhombum,
Rhombus latior est tamen patella.

Horat. Satyr. 2. lib. 2.

— grandes Rhombi, patinaq;
Grande ferunt una cum damno dedecus.

Scari autem dicuntur à οξιπεν, vel ἀξιπεν, quod
nassa inclusi caudæ iectibus crebris laxent fores,
atque ita retrorsum erumpant. Plinius lib. 32. cap.
vii. Scarus qui hodie principalis est. Petronius,

Ingeniosa gula est Siculo scarus aquore mersus
Ad mensam viuum perducitur.

Vide Macrobius lib. 2. Saturn. Martial. lib. 13. ep. 79.

Hic scarus aquoreis qui venit obesus ab undis
Visceribus bonus est, cetera viles sapit.

De Coracino.

C A P V T X X V I I I .

Coracinus, Ausonio cornus, Alexandriæ inter
cibos est princeps, in Græcia vilis. Amphis,
οὗτος κορακίνον ἐδίψαται τοῖς φρέσκοις
χλωρίαι παρέβη, τοῦτο ἵκε φρέσκος.

Mar

Martialis,

Princeps Niliacis raperis coracine macellis,
Pellea prior est gloria nulla gula.

De Acipensere.

C A P V T X X I X .

Dicitur & Acipensis, vulgo Estourgeon, sturio,
vel ellops, quem primus Gallonius Roma-
nus præco intulit mensis. Lucilius,

O Publi Gurges Galloni es homo miser, inquit,
Cœnasti in vita nunquam bene, cùm omnia in ista
Consumis squilla, atque acipensere cum in decumano.

Horat. serm. 2. Satyr. 2.

— hand ita pridem
Galloni praconis erat acipensere mensa
Infamis.

Apud Athenæum lib. 7. Archesistratus acipenserem
putat esse γαλεὸν Rhodium, qui Romæ cum tibiis
& coronis ad cœnas cum pompa circumfertur,
μετ' αὐλῶν χρυσάφων εἰς τὰ δῖα πατερεογενέων ἵστ-
φανομένων ὃς ἡ θεὸς φερέντων. Gellius lib. 7. cap. 6.
ἕλλοπα ρόδιον inter cibos lautos & opiparos numerat.
Cic. de fato in fragmentis. Pontius Scipioni plures
inuitanti, acipenser iste paucorum est hominum.
Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 12. Ouidius in Halicut.

Tūque peregrinis acipenser nobilis undis.
Oppianus vocat eum γαλεὸν γλαῦκον. Martialis,
Ad Palatinas acipensem mittite mensas.
Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 16. Acipenser à coronatis
ministris cum tibicine in mensam inferabatur.

De

De Lupo, Muræna, & alijs.

C A P V T X X X .

DE lupo inter pontano diximus alibi. Edimus turdum pinguem, bonumque pisces lupum germanum qui inter duos pontes captus fuit ait Macrob. lib. 3. Sat. cap. 16. Horat. Sat. vlt. lib. 2.

*Afferunt squillas inter murana natantes
In patina porrecta. Sub hoc herus, hæc granida, inquit,
Capra est, deterior post partum carne futura.
Eius mistum ires est oleo quod prima venafri
Pressit cella, gario de succis piscis Iberi.*

Scombrum intelligit ut Strabo lib. 3. Geograph. Vnde garum optimum. De Venafro Martialis lib. 13.

*Hoc tibi campani sudavit bacca venafri.
Horat. ibidem,*

— illatos Curtillus echinos,

*Ut melius muria, quam testa marina remittit.
Curtillus malebat echinos integros non liquefactos, quam muriam ex iis factam. Nulli interdum trilibres reperi, rari qui tres libras superarent. Horat. Sat. 2. lib. 2.*

— trilibrem

*Mullum in singula quem minuas pulmenta.
Pisces saxatiles, & inter pontanos in deliciis fuisse ostendimus. Item oratas, & murænas à quibus Romanæ nobiles nomina mutuati. Macrob. lib. 3. cap. 16. Sat. Lopus inter duos pontes captus, acipenser, nautilus qui duas libras excedat. Cassiodor. lib. 12. epist. Exormiston inter pisces regium genus, com-*

par

pat murænis, colore distans, naribus setosis, costata delicatudine præditum. Ennius de lithostreis, & muribus marinis,

Mures sunt Eni, aſt aſtra oſtrea plurima Abydi. Lampridius in Heliogabalo lithostrea vocat locustas, cammaros, ὄφρακοδέρμες, λεθόρρινος. Empedocles apud Plutarch.

*τῆτο πὲ ἐν κόλχαι τηλαστάνοιο, βαριώτοις,
ναι μὲν επίρην τε λεθόρρινοι, χελωῶν τε.*

Hoc quidem videre est in conchis marinis grauidorso, & cerycibus faxeo cortice, ac testudinibus. Scarus cerebrum Ionis dictum. Ennius:

Scarum præterij cerebrum Ionis penè supremum.

Vet. Glos. οὐρὺς buccini, aurata χυσθόρυς, capito κύφαλος, dentex σωδός, rubellius φάγος, locusta γραῦς, turdus κύχλα, tricula τρίχωτης, sardina Σπίσαι, silurus glanis, sulmo ἀπαλὸς, catelli γαλεῖος, cœruus νορανίος, oclata μελάνερος, mel marinum ἀρίναι apuæ, ἀπλανδρίστης assatura. Festus, Muriatica video in vasis stanneis, bonum natitam, & cammarum, & tagenia. Muriatica ταῖχη, salsa menta. Plautus Pœnolo, quasi salsa muriatica. Halex, τελχος, muriatica Plinio lib. 38. cap. 8. Esicia, insicia ex Varrone diximus esse insectam minutim carnem quauium, vel piscium ventriculi farti. Apicius lib. de re culin. Isiciorum varia sunt genera. Marina fiunt de scylla, seu cammaris, & astacis, de lolagine, de sepiâ, locusta, pechine, ostreo. Alibi isicia è piscibus, cammaris, pipere. Initium mensæ apud Græcos bulbus, finis thynnus. Athenæus lib. 1.

ἀρξομαι δὲ ἐν βόλεοι, τελεῖτον δὲ θησαυρον.

Philoxeno helluoni parua τελχη apposita, magna Dionysio. Apud Tertull. lib. de pallio, cap. 8. Afinius Celer

Celer muli vnius obsonium sex millibus hs. detulit. Filius Æsopi margarita dehausit. Clemens Alex. lib.2. Ped. cap.1. Pisces gulæ commodos numerat τὰς ἐν πόρθμῷ τῷ σπειρικῷ συμφάνας, τὰς ἔβλέτες τὰς μανιστρίνας, τὰς ἐν μύλῳ ἀρίφορας, τὰς ἐν σκιάθῳ κερέας, τὰς πελαρίδας κόβζας, ἢ τὰς ὄσπεα τὰ ἀβίσια, ἢ τὰς ἐν λιπάσῃ μανίδες, τῶν γεγύηλων τῶν μαντηικήν, τὰ ἀπό τοῖς ἀσκραῖσι τεῦτλα, κτένας μεζυμαίνας ἢ φύλλας ἀπίκας, ἢ τὰς δαφνίνις κίχλας, χελιδόνιν τε ἴραστας, οὗταις τὰς ἀπὸ φάσιδος, ἀπίστας αἰρυτήλας, μῆδον ταῖσα, μυρενας qua sunt in freto Siculo, Meandri anguillas, εἴς qui in Melo sunt heudos, εἴς qui in Sciathe mugiles, Pelori conchas, & Abydena ostrea, manas qua sunt in Lipara, bolum Mantinicum, betas qua sunt apud Ascreos, peccines Methymneos, lingulacae Atticas, turdos Daphnios, caricas Chelidonias, phasidas aues, attagenas Ægyptias, Medicum panuonem. Hæc condimentis immixtantes ij qui sunt gulæ dediti obsoniis inhiant, quæcumque tellus, & profunda Ponti, immensaque alit altitudo aëris. Plæraque ex Pollucis lib.6. cap.9. mutuatus est Clemens. Aspera ostrea qua vocat Ennius Lampridium ostendi vocari λιθόσπεια, ὀσπακόσπεια, λιθόσπεια, λιθόσπινα. Ausonius,

Quæ testis concreta suis seu saxa coherent.

Neptunus interdum pro piscibus ponitur. Næuius,

Coquus dedit Neptunum, Venerem, Cœverem.

id est, pisces, poma, panes. Græci ὅψιν vulgo de piscibus accipiunt, iūnd & χρεωπαλέον de loco vbi pisces vñenunt. Ita in colloquio quotidiano prandium instructuri erunt, εἰς χρεωπαλέον vbi emunt pisces decem denariis. ἢ σκιφίας, χρόμος τε ἐν τῷ θεὶ καπτῷ ἀράγοι, ἵχθυν τάντων ἀεισθεοτος, ἀνδιάς τε

χειμαστ.

χειμαστ, Sciphas, & chromicas veris tempore si audiendus est Ananius poëta Epicharmo veterissior, omnium piscium sunt optimi, antbias autem hyeme. Anonymus, ὃντων ἀεισθοτος εἰν συκέας φύλλων, ἢ ἀμύα ἐν συκέας φύλλων, ἢ ἀειχάνω ἐν μαλα τονη, piscium optima squilla ex fici foliis, & amia in fici foliis, & origano mediocri. Qui piscibus inuigilant dicuntur ab Athenæo, οἱ τὰς υπέταις παρερθόντες ἄνδρες, homines qui in cetariis degunt. Pisces autem alij sunt ὀσπακόσπειραι conchæ, μαλακότρακοι carabi, cancri. μαλακοὶ θαυμαὶ οὐρές ἀπαλλή, ἢ χωνὸς, molles quorum caro mollis, & laxa ut polypi, & sepiæ, alij ζωοτοκοί, οἵ πάγια τὰ σελάχη, τὰ ψαλεώδη, οἱ πιλόσοι, vitta pariunt, ut omnia cartilaginosa, mustele, canes. Sunt & λεπιδωτοί, φολιδωτοί squamosi, πελάγοι marini, αἰγαλώδεις littorales, βύδιοι qui profundo merguntur, περισόδεις saxatiles, ἀγκαλῖοι gregales, παραδικοὶ singulares, cete. Vide S. Bafilium lib.7. Exaēm. Piscium alij limo aliuntur, alij alga, & fucus, quidam herbis qua in aqua nascuntur, quidam se inuicem vorant. οἱ βραβέχοντες αὐτοῖς δασολή, ἢ ἀπίπλυξις δεχομένη τὸ ὑδροῦ, ἢ θνεῖον παντὸν τοῦ ἀναπονού κίνητο, branchiarum explicatio & compressio aquam accipiens, & transmitens hanc respirationem habet. Nullus piscis ex parte dentes habet, sed omnes densos habent acitorum dentium ordines, ne diu mandendo alimentum auferatur aquæ impetu. Boa piscis boatum edit, ceteri ferme pisces silent. Apud Pausaniam, Paciliae pisces in fluuio Arcadiæ vocem turdi imitantur. Pisces maris imperium portendunt. Delphis cum Athenienses aquam εἰ πυτεο hausissent, in qua repertus piscis, respondit aruspex eos mari dominos fore. Polypus oleæ ramo capit, orchestris saltatione

&

& cantu. Omnes pisces plani dicuntur sacri, quia mare in quo reperiuntur beluosum non est, vt anthias, chrysophris, ellops, pomphilus, delphinus. Piscatores naues coronabant si eos cepissent. Plato in *Phadone* ait mare nihil gignere Ioue dignum. ἐδὲ δέλεσθαι τίνει θεός αὐτὸν. Contra Rhodij pisces in delicis habebant si coniuicia obirent. Aethiopes qui piscibus vicitant breuis sunt vita, ait Diodorus. Nugæ. Chartusiani piscibus vicitant, & diu viuunt. Aegyptij abstinent piscibus, & piscem pingunt vt prophanum signent. Inepte, quum Nilum colant piscosum. Pisces saxatiles fuere in delicis. Persæ Arimani pisces dicant, qui malus Deus, volatilia & altilia Oromasdi qui bonus Deus. Apud Aelianum lacerta, chromis, aper, pisces grunniunt. Chalcis sibilat. Cocys muluum imitatur. Assyrij piscibus abstinent, & colunt pro aqua pisces, pro aere columbam. Aegyptij oxyrinchum piscem pro Deo colunt. Ascalone Dexceto colitur, qua à fronte mulier est, ab umbilico piscis. ὁ φοράριος olim dicti qui pisces ederent, lauti habebantur, quia pisces erant in delicis, sordidi qui boum & ouium carnibus. Inuenialis,

*Atque ita defecit nostrum mare dum gula fuit.
Quidquid conficuum, pulchrumq; ex aquore toto
Res fisca est ubicumque natat.*

Apud Homerum piscibus Heroës non vñsi, nisi animantia terrestria deficerent. Cato dixisse fertur, quomodo salua esse ciuitas potest, in qua pluris est piscis, quam bos. In honorem Diana Phaselitis pisces argenteos deferri in templo moris fuit. Plinius lib. 9. cap. 7. Pisces carent pulmonibus, sed viscera trahunt aërem, qui aquis inclusus est,

vt

vt in terræ cauis, quia pisces æstate oscitant, anhelicant, dormiunt, at sine respiratione somno locus non est. Audiunt, odorantur, quod sine aëre non procedit. Branchiis passis attrahunt aërem, & eiiciunt cum aqua, quod Aristoteles negat, quia pulmone carent, & aqua eos per branchias refrigerat. Manilius lib. 4. Venerem in piscem se mutasse air, cum gigantes Diis bellum indixere.

Scilicet in piscem se Cytherea mouauit

*Cum Babyloniacas submersa profugit ad undas,
Infernique suos squamosis piscibus ignes.*

Inde fieri ait vt qui nascentur sub signo piscium sint libidinosi. Stephanus scribit quandam Naiadem in Norosa insula maris Erythræi eos mutasse in pisces cum quibus concubuerat. Ouidius lib. 4. *Metamorph.*

*Näis an vt cantu, nimiūnque potentibus herbis
Verterat in tacitos inuenilia corpora pisces
Donec idem passa est.*

Murenæ in piscinis Crassi & Luculli ad crepitum digitorum ventitabant. Apud Plautum in *Rudente* instrumenta pectoralia hæc numerantur.

*Hice humi, atq; arundines sunt nobis quaestu, & cultu,
Cottidie ex urbe ad mare hic prodimus pabulatum,
Pro exercitu gymnastico, & palæstrico hoc habemus,
Echinus, lepadas, ostreas, balanos captamus.*

*N. Saluete fures maritimi, conchite, atque hamioëta
Famelica hominum natio.*

Sed de piscibus qui vulgo in coena adhibentur pluribus suprà egimus. Coqui piscibus gratiam ex colore quærebant. Athenæus lib. 7. ὅτοι μαρτεράς, & παραμαρτεράς, τοι ἄγαρις, ἔλιονδιοπέρων, quem apposui non fucatum aut colore sursum efflorescentem.

M m m m Coquus

Coquus ait τειμάπον τέτοις ὀκείων ἄνθην, colore
illis floridum terendo asperfi, κατέπνιξεν ἐν ἀληφ τοῖς
δανθεσέρα, extinxi eum in muria florida. Apud Hippo-
pocratem coloris genus est in conditura piscium
οἱ καρυκοτέρις, id est, ψαριον. Galenus lib. de tuenda
sanit. Saxatiles, inquit, pisces in albo iure dabis,
sine garo, & sine superuacua conditura, quam
καρυκεῖαν vocant. Glauci caput expetitum inter
pisces fuit. Antiphanes, ἀποστόλιον αὐτὸν περιέλοιπε,
λινού καλλιμένου γλάυκην περιότον αὐτὸν κρανίον, discedam ab
ινέστινον si Callimedon glauci abiyiat cranium. Ἐγχειρού
marina anguilla dicitur Epicharmo πεντάρεψις,
quod in patella coquebatur. Archestratus anguil-
larn solam carere ossibus, & spinis ait, Ἐγχειρού
ψήσις δια ἀπίρινον μόνον ιχθύς. Antacæum tamen
spinis & aristis carere, & ἀνάρχειν διονούνται volunt. An-
tacæus item Ponticus ἀπίρινος. Anguillas betæ
foliis inuolutas comedebant. Aristoph. in Acharn.
ἰχθύες εὐτρεπλανεῖν. Celtis σίρια ιχθύον ἔδοσι. Celtis
est cælum seu scalpellum γλυφιον. Conchulas stria-
tas, & echinorum caliculos appetunt delicati, &
pisces disquamari, & exdorsari volunt. Seleucus
Solensis solum piscium scarum καθάδεσιν, οὐδὲ
νύκτως ποτὲ ἀλλάναι, quare nec de nocte capi. Gellius
lib. 7. cap. 16. scaros Cilices optimos esse ait. Apud
Aristot. lib. 2. hist. anim. cap. 13. Pisces omnes sunt
καρχαρόδοτες, dentibus serratis, excepto scaro, cuius
lingua spinosa, & aspera, palato sic adhærescit, vt
non appareat. Pisces quoddam esse fossiles docent
Aristotel. lib. de mirabil. audit. Strabo lib. 4. & 12.
Athenæus lib. 8. Athenæus ex piscibus vocales
esse, φθιγγαδες, solos scarum, & fluuiatilem χειρού
porcum asseuerat. Forum pectoriorum Athenis
dictum

dictum ιχθυες, ἀγρεδες ιχθυόπολις, η λιθόπολις. Pisculum
fluuiaticorum optimi sunt qui sequuntur primum
fluuij impetum, aut in rapidissimis fluuiis natant,
οἱ εὐ τοῖς ὀχυτάτοις θεοῦ ποταμοῖς ἔργει, εἰ τὸ δὲ πε-
ιντεῖται. Graci veteres ἄρεν de piscibus non dixerant
nisi adderent δαλάπιον. Hippocrates omnes pisces
etiam fluuiatiles vocat δαλάπια. lib. 1. de morb. θη-
λιερ. χειρούσιον δαλαπιον. Lib. de morbo sacro, ἀν-
τιχεῖδες δαλαπιον τείχιται, έχαλυνο-. Anguilla etiā ma-
re subit tamen fluuiialis est. Pisciculum glossæ vo-
cant Ταφιον. Hesychius παρχίλες τὰς πορφύρας καλεῖ,
purpuras vocat trachelos seu ceruices. Asperæ
conchæ Macedonibus dictæ καρυκοι. lib. 3. Athene-
næus, μῆτε musculi ex genere concharum squil-
lam resipientes mali succi, saporis ingratii, οὐλλά-
στεις, κακοχλοι, ποτὲ πλευρῶν ἀπειδεῖς, elixa per se
ceruices purpurarum iuuant stomachum, ιψόδονος
τὸ καθ' εἰστεον οἱ στάχλοι τὴν πορρυρῶν εὐθετοῖσι ποτὲ τὰς
θεοῦ σορούχαν θαλάσσας. Nonnulli vertebrales conchy-
liorum τὰς απογόνους, trachelos purpurarum esse
volunt. Ostreum quod ὀτάσιον Graci vocant, Εο-
les aurem Veneris vocarunt. Petronius, mox cibis
validioribus pastus, id est, bulbis, cochlearumque
sine iure ceruicibus. Vrifica marina dicitur ἀκαλύφη,
quasi ἀπλὴ vel ἀκλητὴ τῇ αρῷ, ἀκλᾶς enim mollis
& tener, vnde ἀκλαρεῖται Homero leniter fluens.
Apud Athenæum Thynnorum ad Pachynum ca-
ptorum τὰ ἡπειριαὶ intestina, Pollux vocat ἡπειρια
τειχίδες. Ηδονὴ καρπούσιον ventriculus. πλεκτὴ πελύπ-
τος est πλεκτήν, cirrus polypodias. lib. 1. Lib. 4. Athen.
ηδονὴ καρπούσιος καρπόποτος ἀνασομάσσως χέειν, locu-
stas loquaces, & mutas comedebant, ut prouocarent ap-
petitum. τειχίδες δηλοὶ Anaxandridæ laudantur. Cleo-
menes

menes epist. ad Alexand. Salsamenta vocat *xervia*
merixpà pupia, quisquiliae salsas ciborum. De con-
 chyliis Horat. lib. 2. Satyr. 8.

*Nos inquam coenamus aues, conchylia, pisces,
 Longè dissimilem nro celantia succum.*

— *quam passeris atque*

*Ingustata mihi porrexerat ilia rhombi.
 Passer est piscis planus rhombo similis.*

De Ostreis.

C A P V T X X X I.

ISidorus ostrea neutro genere dici vult ab ὄσπανῳ,
 ostreas carnes ostreorum. Nonius testam non
 distinguit à carnibus, & ostream ac ostreum pro
 eodem ponit. Macrob. lib. 2. *Saturn. cap. 11.* Hic est
 Sergius Aurata, qui primus balneas pensiles, pri-
 mus ostrearia in Baiano locauit, primus omnium
 saporem ostreis Baianis adiudicauit. Martialis
 lib. 13. epigr. 77.

Ebria Baiano veni modo concha Lucrino

Nobile nunc sitio luxuriosa garum.

Petronius,

— *atque Lucrinis*

*Eruta littoribus condunt conchilia coenas
 Vi renouent per damna famem.*

De Squilla.

C A P V T X X X I I.

CICERO lib. 2. *de Natura Deor.* Pinna duabus
 grandibus patula conchis, cum patua squilla
 (quam

Lib. II. Cap. XXXIII. 181

(quam pinnoterem, pinnophylaca, cancrum vo-
 cat Plinius lib. 9. cap. 42.) quasi societatem coit
 comparandi cibi. Itaque cum pesciculi parui in
 concharum hiantem intrauerint, tum admonita à
 squilla pinna morsu comprimit conchas, cibum
 que cum socio partitur ut Plinius. In Liri flu-
 uio squilletum esse ait Cicero pro lege Agraria;
 Martialis,

Caruleus nos Liris amat quem sylva Marica

Protegit, hinc squille maxima turba sumus.

E Liri squillæ influunt in mare. Athenaeus lib. 3.

De Echino.

C A P V T X X X I I I.

Dioscorides lib. 2. cap. 1. ἔχη οἱ δακτύλιοι δισ-
 μάχοι, δροῖναι οἱ ἐρυτίδες. *Echinus marinus* stro-
 macho, ventrique vitilis, urinam ciet. Spinis confitus
 est. Horatius lib. Epod.

Spinis horret echinus ut marinus asper.

Martialis,

Ille licet digitos testudine pungat acuta.

Cortice deposito mollis echinus erit.

Aristoteles quod cibo idoneum est oua esse
 magna, & esculenta in maiore corpore, & minore.
 Isidorus lib. 12. cap. 8. caro eius mollis, & minio
 similis.

M m m m 3 De

De Murice.

C A P V T X X X I V .

Mrex concha est latior purpura, simplice concha, utroque latere sese colligit, rostro pedali, quinque digitos crassos, nauium secundo vento volantium cursum sistit, ut & remeligo piscis. De Periandro reſ nota. Oppianus lib. 1. *Hali-*uent. Laudantur murices Baiani. Horat. Sat. 4. lib. 2. Murice Baiano melior. Martial.

*Sanguine de nostro tinctus ingrate lacernas
Induis, & non hoc eſt ſatis, eſca ſumus.*

De Gobio.

C A P V T X X X V .

GAlenus lib. 3. de aliment. facult. Gobius καθεὶς (καθεὶς, καθεῖται) littoralis piscis est ex eorum numero qui parui perpetuū manent, præstantissimus ad voluptatem, coctionem, ac distributio- nem, & succi bonitatem, si in arenosis littoribus, aut inter saxa viuit. Nam qui in fluminum ostiis, aut stagnis marinis versatur, eſui non eſt commo- dus. Malè putat Oppianus eum eſſe virulentum. Martialis,

*In Veneſīa ſint lauta licet conniuia terris
Principium eone gobius eſſe ſolet.*

De

Lib. II. Cap. XXXVI. &c. 183

De Lupo.

C A P V T X X X V I .

Lupus Tiberinus inter duos pontes in deliciis fuit, ut Macrobius lib. 2. Sat. Horatius lib. 2. Sat. 2.

*Vnde datum ſentis lupus hic Tiberinus, an alto
Captus hieſt pontes inter iactatus, an amnis
Oſtia ſub Thufci.
Græcis dicitur λάρναξ Latinis lucius, catillo, Gal-
licè Brochet. Martialis,
Laneus Euganei lupus excipit ora Timavii,
Æquoreo dulces cum ſale paſtus aquas.*

De Aurata.

C A P V T X X X V I I .

Xρυſophrys dicitur quia in capite auri colorem refert. τωνίον. Oppianus, ἀγλαίν χρυſophrys ἐπόνυμον. Ouidius,

Auri chryſophrys inniolata decus.

Martial.

*Non omnis laudem pretiūmque Aurata meretur,
Sed cui ſolus erit concha Lucrina cibis.
Consule Aristotelem lib. 8. de histor. anim. Macro-
bius lib. 2. Sat. cap. 11.*

M m m m - 4

De

De Conchis & Ostreis.

C A P V T X X X V I I I .

MYtilus & conchæ molliunt aluum. Horat.
Sat. 4. lib. 2.

— si dura morabitur aliis

*Mytilus & viles pellent obstantia concha,
Et lapathi brevis herba, sed albo non sine Coo
Lubrica nascentes implent conchylia Lune,
Sed non ornæ mare est generosa ferrile testa,
Murice Baiano melior Lucrina peloris,
Ostrea Circetæ, Miseno oriuntur echini,
Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.*

Mutilus Athenæo lib. 3. dicitur tellina. Martialis,
*Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino,
Sumitur inciso mytilus ore mibi.*

Mytili sunt myes Aristoteli lib. 4. de animalibus , à quibus distinguit tellinas. Peloris ostrei genus chama maius , ideo πλειδες dicitur quasi portentosa. Athenæus lib. 3. πλειδες ἀνομιδῶν τὸ πλειόν. μέίσων γὰρ εἴτε χειρ, γὰρ σαριλλαχμένην ἡ πελαρίς. οἵ πτερῦν ἀπαλώτερει μέγε τοι εἰσὶ οἱ λόκοι, ἔρωμοι γὰρ ἀκόλιτοι, albi pectines teneriores sunt, salfuginem non olent, & facile digeruntur. Patuli cur dicantur indicat Aristot. lib. 4. de animal. τὸ διάφορον τὸ μόνον ἀνάπλυχα εῖσιν οἱ κτένες οὐ οἱ μύες, eorumque duabim̄ testis continentur alia sunt patula ut pectines, & musculi. Alij autem pisces ponebantur assi, id est, sine ullo iure. Nonius, assum ut in obsoniis, sine pigmento saporis alieni, alijs conditi, id est, cum suo iure. Horat. ibidem.

Nec

Lib. II. Cap. XXXIX. 185

Nec satis est cara pisces auertere mensa,
id est, auferre de mensa vbi exponuntur pisces veniales.

Ignarum quibus est ius aptius, & quibus assis,

Languidus in cubium iam se coniuua reponet.

Idem potorem lassum squillarum esu recreandum putat.

*Tostis marcentem squillis recreabis, & Afræ
Potorem cochlea.*

Squillæ καρπίδες Aristoteli qui omnia cochlearum genera vocat σπουδάσῃ. Iuuenalis Sat. 7. de caufidicis.

*Quod vocis pretium? sicca petasunculus, & vas
Pelamidum, aut veteres Maurorum epimenia bulbi.*

De secundis mensis, seu bellarijs.

C A P V T X X X I X .

Intra bellaria, lauri folia comedebant, ne vinum redolerent. Athenæus lib. 4. οὐ τοῖς πάλαι φύλλα δεσμοις τελματιζόντες. Martialis,

Fætere multo Myrtale solet mero,

Sed fallat ut nos, folia denorat lauri.

Fortè quia, ut est lib. 11. Geopon. μέλινα ἐργαστόν, laurus facit sanitatem. Poma item in bellariis furere, & pruna, mala citrea in antecœna, aut certè ante secundas mensas. Laconibus δέ μηλα dicuntur κοκκιμηλα pruna μαρδρα, quasi μαλόδρα, pruna. Plutarchus malum citrium suo sæculo vix edi solitum ait, sub Athenæo frequentissimum fuit. Plinius de malo assyria, pomum ipsum alias non man-

manditur. Virgilius tamen,

— & olenia Medi

Ora fouent illo, & senibus medicantur anbolis.

Medicam arborem appellat. Secunda mensa dicitur mensa pomorum, & mala. Sub mensa extitum largius bibeant. Martialis de secundis mensis lib. 2. epist. 74.

Mensa munera si voles secunda

Marcenes tibi porrigentur vne,

Et nomen pyra que ferunt Syrorum.

Poletæ item cæsatæ inter bellaria fuere. Apuleius, offulam grandioriem in conuiuas contruncare gestio. Martialis lib. 14. de pistore dulciario,

Mille tibi dulces operum manus ista figuræ

Exstruit, huic vni parca laborat apis.

Varro apud Gellium lib. 13. cap. 11. Bellaria ea maxime sunt mellita, quæ mellita non sunt, πέπρατο enim cum πέλει, bellariis cum coctione societas est infida. Clemens lib. 1. Stromat. ἡρῷον ἀνάθηκεν οὐρανὸς τὸ ζῆν, ἀλλὰ τὰ περιστήματα, ἢ τραχύματα. Panis ad vitam necessarius non tragemata, quæ dicta τραχύλια. δέ πνευ ὃ λέγονται γλυκὺ τραχύλιον, cena desinente dulcia sunt bellaria. Eustathius, ὁ πεπόνις, τραχύματα, ὄφαι, cupediæ, res bellissimæ Plauto.

Apule. Miles. 10. sapidissima intrimenta. Miles. 11. Infrutum melle confectum. Gloss. πανίτης lucunculus. Miles. 11. Crustula, lucunculos, hamos, lacer-tulos, & complura scitamenta mellita. Scriblitarius, dulciarius, pistor. Afranius, Pistori nubat, cur non scribilitario, vt mittat fratri filio lucunculos. Plautus in Pœnolo, Laterculos, sesamum. Eustathius, ἀνάθηκαν λέγονται ἵστερα ἴδεματα τραχύματα μὲν μητρὶ πρᾶτος ἢ ἰχθύς ὁ πεπόνις. Vide Macrobius lib. 3.

lib. 3. Saturnal. cap. 18. Athenæum lib. 2. Anadipna vespertini cibi sunt bellissimi post carnes & pisces appositi. Dulcia sunt genera pistoriū operis à sapore dicta, quia melle adspargebantur. Vide Isidor. lib. 20. origin. Apuleius Miles. 4. Dulcioliis ventrem saginare. Gloss. γλυκες περάτης, dulciarius, πακουστάει. Eustathius, ὁ πεπόνις, ἐπανίνια, (fortè τραχία,) ὁ πεπόνις, τὰ μὲν τὸ δεῖπνον βρώματα. Statius lib. 1. Sylu. vii.

Iam bellaria adorea pluebant

Quidquid nobile Ponticis nucetis,

Fœcundis cadit aut ingio Idumes,

Quod ramis pia germinat Damascus,

Et quas precoquit Ebosia cannas.

Molles cauli, lagunculique,

Et massis Amerina non perutis,

Et mustaceus, & latente palma,

Prægnantes cariores cadebant.

Lucunculi à voce λεύκος, quod essent albi, vel potius à voce γλυκύς, quia dulces. Nuces in secundis mensis positæ. Horat. Sat. 2. lib. 2.

— Tum pensilis vua secundas

Ornabat mensas, & nux cum duplice fico.

Secundæ mensæ non semper dabantur. Athenæ. lib. 14. εἰ δὲ τέρας καλένδαι τράπεζαι πολλάκις ἕμη διδούμεναι εἰ μόνον ἢ τῇ κεστινῇ ἡτέραις, secundæ mensæ quæ sape nobis dantur, non tantum per Saturnalia, sed & alijs diebus. Bellaria dicitur ὁ πεπόνις, τραχύματα, ὁ πεπάτης, τραχύλια, πεπόνιοι, quia ut obsonia adiiciuntur pani, sic bellaria obsoniis. δέ πνευ ὃ λέγονται γλυκὺ τραχύλιον, cena cum finitur, grata sunt cupedia. τραχυπατοῦς. Plato Comicus ὁ πάκαντος, ἀλισσωτος, ut ἀστλαχνος, cena fine placantis.

centis. σάμιοι πλακύντες, Samia, & Pariae placentæ optimæ. Parium vrbis ponti, & πάγου Pherecrates λιπαρὰ δημιουρὰ, aut πασὶ vocat, ἐπιθέτῳ ἀλφίτοις μεμυγμένον, pultem farina hordeacea mixtam. εὖν, & νέαν θελήντες, placentæ caseatae. Athenæus νέαν, τυρὸς πλακυπόδης, caseus in placentam inditus cum oleo, διὰ τύρα ἡ ἐλαῖος σκότωμα θελήντης, placentula. Caseus dicitur & τυρφαλίς τύρα σκελὴ & σκελική. Euripides,

πυρὸς ὄμοις δέι, καὶ δίδε γάλα.

Est caseus coactus succo fici; & Ionis lac. Cerasa inter bellaria numerantur, quæ Lucullus Romanum primus intulit ab oppido Cerasunte, à quo S. Hieronymus, & apud Athenæum lib. 2. Laurentius, cerasa nomen reperiisse volunt. Imò Cerasuns oppidum à cerasi dictum, ut Myricuns oppidum à myricis. Mora item ex rubis inter bellaria sunt, τὰ βάττα μόρα, ut Eustathius. Galenus de batinis loquens, χειρὶ κυλῶσ. ἐπιτάπιον πορίν διπλαρεῖν περιστρέψεις τὴν καρπὸν τόπον, ὅπερ ἔχει μόσχον καὶ αὐτὸν συκεμένον ποιητόν. Lauantur antequam mensæ inferuntur. Ouidius, μάρα βατώδην, vocat,

Et in duris harenzia mora ruitur.

Bántya, τὸ βάτταν καρπὸν Galenus lib. 6. de locis. Ἀέρινα, & βάνα Hesychio συγκέντινα. Demetrius Ixion, mora quasi εἰςέρροις, συκέντινα, σίκαν ἀρένα. Carya item secundæ mensæ sunt, qua voce acrodrya omne genus significantur. Propriè. ἀέρινα, nuces iuglandles. Herodianus, ἀμυγδαλὶς ἀρένη πὸν ἐν τῇ καλυφῇ τῇ μὲν πὸν ἔξω χλωρὸν πολλὰς ἀμυγδαλὰς ἔχειν, quia in tegmine quod extimo viridi proximum est, multas scarificationes habeat instrumentum quo nuces franguntur μυκητόσατον, Hesychio μυκητόεσσι, καρυο-

κατάκτης.

κατάκτης. Hesychius λόπινα κατάγει in bellariis, & νέρπος quæ est βλάσπητος, pilula forma in robore, abiente, carice, & φυγῇ quæ sunt esculi glandes. Castaneæ dicuntur ἀμοτα Athenæo, ιωτὰ Dioscoridi. σρυπτεπτές ἐλαῖαι, non σρυπτετές, drupæ aliae θλαστῆς ἐλαῖαι, Polluci lib. 6. cap. 9. φαύλη ἐλαῖα ή μυκρόκαρπη. Oleæ σεμειωτῆς nigra, vel ἀπόριως. Inter tragedmata πόνος colostrum, ἐπιθέτῳ, γαργαλίδες, γάρφανος, σρυπτεπτές, ἐλαῖττες, χορδέσις, πνεῦ, μέλι. ὀρακίδες, sunt κάρων πυρίδες, strobilorum nuclei, ὀρακίδες testulae, πινίδες, nuclei. ἀρόδρυνα ἀπόριων; baltheus in operæ dulciario dicitur κρηπίς. Proclus ἀλιμον τῷ ἔξι ἀσφοδέλῳ, καὶ μαλάχιτῳ, ὅπερ αὐτὸν ἀλιμον, καὶ ἀδιήνον ἐποιεῖ. Alimon famem, & litim arcet. μύκητες fungi, βολῖται Galeno ἀβλαβεῖτον, deinde Amanitæ. Nicander scribit, si arboris fici truncum tegas latamine, & aqua riges, fungos nasci innoxios, συκέντινος στέλεχος βατῶν καρπῶν, καὶ ακρύλειος μέντεοι τὸν ἀνατένεον ποτίζοις, φύνοντα πόθιμον ἀκένον. Fungi qui cocti appositi duriores sunt, noxii sunt, οἱ μὲν τὸν ἐψηθεῖν, καὶ τεθῶντα πασχόμενοι· οὐδένα γιγνοῦν, καὶ πέλετες, καὶ μύκητες πίζαν τὸν ἔχοντα, tubera terra nata radice carent.

De Olea.

C A P V T X L.

MAcrobius lib. 3. *Saturn. cap. vlt. supra sexdecim molearum genera numerat.* Virgilius lib. 2. Georg.

Nec pingues unam in faciem nascuntur olinæ Orchades, & radis, & amara paucia bacca.

Colu

Columella lib. 5. cap. 8. genera decem ponit, vt & Isidorus lib. 17. cap. 7. Cato cap. 6. R.R. ponit octo. Orchades seu orchites dicitur ab ὄρχης, quia rotundæ vt testiculi. Varro lib. 4. de ling. Lat. Olea grandis orchitis, quod ea antiquitus orchemora. Glosse, orchæ ἔλαιαν ἀποκάλεισθαι, oblongæ oleæ. Vide Plinii lib. 15. cap. 3. Nicander in Alexiph. eam adhibet aduersus venena. Radij oleæ sunt oblongæ ἀπτυγοῦσες instar radij. Cato cap. 6. R.R. oleam conditiuam, radium maiorem, salentinam. Radius minor dicitur radiolus Columellæ lib. 12. cap. 47. Orchiten, & radiolum, vel regiam. Isidorus Radiolæ pro eo quod oblongæ sunt in modum radiorum. Pausia verò dicitur à pauiendo, quia tunditur exprimendo oleo vt Cato, quando viridis est. Alij dictam volunt à pausa, & παύωμεν, quia non legi soleat nisi præ maturitate nigricans, vt desinat niger ille color augeri. Columella acerbam pausiam mense Septembri, vel Octobri, dum adhuc vindemia est contunde. Oliua Ægyptiæ laudatissimæ. Theophrast. de causis plant. lib. 6. cap. 12. εἰν αἴγυπτῳ οὐδὲ τὸ μὲν αἴγυπτον καλεῖσθαι ἔλαιον οὐδέ, τῷ πολυαρικον τε ἡ μητέλων, ἀνέλαιον έστι. Oliua Ægyptiæ nihil reddunt olei oīm sint alijs maiores ex quibus plurimum olei exprimitur. Varro lib. 11. Rerum humanaarum commendat Cassinas oleum, frumentum campanum, falernum vinum, Tusculanam ficum, mel Tarentinum, pisces Tiberis. De olearum, ficiuum, vuuarum generibus vide Macrobi. lib. 3. Satural. cap. ultimo.

De

De Olea.

C A P V T X L I .

O Leæ principem locum inter ea quæ terra fundit tenent, quæ in mensis regum frequentes. Horat. Sat. 2. lib. 2.

— necedum omnis abacta

*Pauperies epulis regum, nam vilibus ouis,
Nigrisque est oleis hodie locus.*

Pollux lib. 6. σρυπτεῖς ἔλαιαι, αἱραδίς, υγκραδες τὰς δὲ κοπιαδές ἕλαιας τραυβήλας ὀνόμασε φερεράτης. Drupe oliae, seu rapa condite, & νυκτίδες, malim, nectidas qua natant in sale & acetō. Oleas oleastris insitas Trambelos nominavit Pherecrates, quæ φαντίαι & malæ dicuntur. οὐδὲ τοῦ θλαστὸς τούτος πορφύρας οἱ καρποὶ. Oleas quas nunc confusas, comici pyrenas dixerit. φαντίαι commemorat Lucianus in Lexiphane ἄλλος οὐδὲ φαντίαι. Sed de oleis vide Theophrastum, Dioscoridem, Plinium, Horatium, & alios.

De Ficu.

C A P V T X L I I .

A Tticæ ficus bello Persico causam dedere, quæ tam gratæ palato fuerunt, vt eas Darius cum gustasset bellum Atheniensibus inferre decreuerit, vt regionem tam suavis cibi feracem sibi acquireret. Apud Dioscoridem lib. 1. Ficubus siccis vis est excalafaciendi, alendi, sed sitim magis stimulant,

mulant, alio sunt viles, gutturi, arteriæ, renibus, vesicæ, & iis quos longa valetudo decolorauit, an helatoribus, epilepticis, hydropticis opportunæ. συκα ξηρὰ Σφιμα, θερματικα, διψηπάτερα, ζκοίλα· θρόλχω ἢ η ἀρπίξ, η κίση, η ρερεζίς εὐθέτα, η τοῦ εἰς μακενοῖς κακοχροῖς, η ἀθματικοῖς, η ὄπιληπτικοῖς, η ιδρυοποιοῖς. Laudantur à Iuliano desertore in epist. ad Serapion. οἵ διπλαρίων ιράσον τὸς μακενούτας ἀεισφόρης δεκτῆ ἐδή πλευ μέλιτον τὴν ἄλλων γλυκύτεραν τὸς ιράσας. Aristophanes putat ex indigenis ficubus eas quæ dicuntur macrocentra vel macrocentra longiore fortè pediculo rebus omnibus melle excepto aliquid dulcius esse. Herodotus vt ostendat veram solitudinem, dicere contentus est apud quos neque ficus sunt, neque bonum aliud, quasi nullus vispiam ficu fructus melior sit. Homerus soli fici dulcis cognomentum adstruit, cùm mel χλωρὸν, & vernum vocet. Hippocrates mel dulce sensui, sed omnino digestione, amarum esse ait, ficum autem non sapore tantum dulcem, sed digestu meliorem. Ficus est medicamentum omnis cibi noxijs vt ait Aristoteles: ideo in coniuictorum bellariis apponi, vt emendet vitium si quod est ab aliis cibis. Quare ficus sacra Diis, quæ aris imponitur in omni sacrificio, melior omni thure ad suffitum, vt Hierophantæ aiunt. Græcorum epistolæ Damascenas ficus præter cæteras laudant, quæ nusquam alibi proueniunt, & à mercatoribus per totum orbem differuntur, quæ ἔχει τὸν πρέμιντον διπλαρίον τοῖς κέντροις οἰοντει καλύκων δίκλινον ἀπόρτων, quæ stimulis vel pediculis longis cuiusque caudicis suspensæ sunt instar calycum. Vide Plinium lib. 15. cap. 18. & Theophrastum de plantis.

plantis. Coctana ficus Tyriorum Athenæo lib. 9. κόπταντος ὑμεῖς ἡ λεπίδον τὰ πάρεια με νόμιμα βράματα. Plinius lib. 13. cap. 5. Syria, in ficorum genere caricae, & minores eius generis quæ cottana vocantur.

De alijs cibis hortensibus.

C A P V T X L I I I .

MUlti alij fructus hortenses fuere. Aristophanes in Acharnens. ait apud Bœotos nasci bonum origanum, pulegium, storeas, ellychnia, φέρει ὅστις τῇ ἀγρᾳ Bœotis ἀνταῖς, ὅπιζαν, γλαχέ, ψιθύρις, θρυαλλίδης, ρύατος, κολοσίς. Varro in Satyra de edalijs, Nuces Thassas, palmas Ægyptias, glandem Ibericam laudat. Heliogabitus exhibuit pisum cum aureis (nummis exaudi) lentem cum cerauniis, fabam cum electricis, & orizam cum albis (id est, margaritis) exhibens albas præterea in vicem piperis piscibus, & tuberibus conspersit. Miscuit gemmas pomis ac floribus. Hydrogarum Romanorum ducum primus publicè exhibuit quæcum antea militaris mensa esset apud Lampridium.

Lactuca.

C A P V T X L I V .

Nicander lactucam βρίνην vocat, quæ dicitur Hesychio βρίνης θριδακίην κυανόιος. Eubulus N n n n lactu

lactucam *vixion̄* *βρέμα*, qua vel aetate Augusti multos ideo abstinuisse scribit Plinius. *τεργαριν* Hesychio est sylvestris lactuca. Dicitur & lactuca Eu-nuchus & Astydis ob vim *ψυκτικήν* refrigerantem. In Adonidis festis horti ferebantur in testaceis va-sis è lactucis, quia Venus mortuum Adonin in lactucis collocauit. Hesychius, *ἐν τοῖς ἀστερίοις ἐπολι-λαὶ ἐάγακοι, οὐ κύπεις ἐπὶ ὅρανον, οὐ παντοδεκτὸν ὅποι-παν, οἷον ἐπι μηράδρων, οὐ σπιδάκων παχυνόλαζεοι αὐτῷ τὸς κύπεις.* οὐ *ἐνθριστικών εἰτὸν κατακλινόντεν* οὐ *ἀφερετήτων φασί.* In Adonis simulacra efferunt, & hortos in testis, & poma omne genus, veluti ex faeni-culo, & lactucis parant ei hortos. Eum enim à Venere auunt in lactucis collocatum. Athenaeus lib. 2. Callimachus ait, Venerem Adonim in lactucis occul-tasse, *ἐπι κρύψιεν.* Eubulus, *μὴ πλεῖστη μη σπιδά-χίνεις, οὐ γυίαι, δὲ τὰ σάπελαν, οὐ σταυρὸν αἴπω, οὐ τὸ λαζανίῳ τέτρῳ ψόν, οὐ ὁ λόγος ποτὲ η ἀδειῶν ἀπο-σύντητο πρέσβεις κύπεις,* Ne mihi appone lactucas in mensa, aut te incusabo, quia in oleo hoc, ut fama est, olim collocauit Venus Adonim mortuum. Erant & la-tucae Cappadocæ, Plin. lib. 19. cap. 7. item, lactu-cae sessiles, & vulgares de quibus Martialis lib. 3. & lib. 13.

Claudere qua cœnas lactuca solebat auorum

Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes.

Ad lactucam occisus Adonis, quæ ideo ab Eubulo vocatur mortuorum cibus. Ad lactucam pertinent cichorea. Horatius,

Me cichorea, lenesque malue.

De Caule, & fungis, moris.

C A P V T X L V .

HOratius Satyr. 4. lib. 2.
Caule suburbano qui siccis crevit in agris
Dulcior. Irriguo nibil est elutius horto.
Idem de fungis,

— Pratenisibus optima fungis
Natura est, alijs male creditur. Ille salubres
Estates peraget qui nigris prandia moris
Finiet, ante grauem quam legerit arbore solem.
Ode 2. Epod.

— Lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum,
Aut herba lapathi prata amantis, & grani
Malua salubres corpori.

Lapathum rumicem Latini vocant. Lucilius, *οὐ λα-
pathe, vt iaetere necesse est, cognitum cui sis.* Varro, hanc eandem voluptatem tacitus taxim con-sequi lapathio, & prisana possim. Sat. 4. lib. 2. Horat.

— si dura morabitur alius
Mistulus, & viles pellent obstantia conche,
Et lapathi brevis herba, sed albo non sine Coo.

Lapathus à λαπάθῃ exinanire. Romicem mino-rem *οξυλάπαθον* vocant.

De Ficu.

C A P V T X L V I .

Ficus adèd suavis est vt pro quavis re dulci su-matur. Ita Theocritus,

καὶ ἄπ' αἰγίλῳ ιχθύδι τράγοις.

Ex Ægilo quæ vna fuit ex tribubus Atticis ficum comedas. Hipponeax ficus auro anteponit,

εἴπει κατέρρεις χρυσὸν εἰς δόμοις πολλὸν
καὶ σῦκα βαῖδι, καὶ μόνον τρεῖς ἀνθρώπων,
μάθῃ σοφὴ τὰ σῦκα τῷ χρυσῷ κρέσσων.

*Si quis aurum domi multum conluserit, et paucas ficui,
et duos aut tres seruos, cognoscet quanto ficus auro me-
liores sint. Vnde & φιλόσοφοι dicti homines pacis
amantes. Apud Pausaniam Ceres Phytalo quia ho-
spitalis erat primam ficum dedit.*

Ἴνδα δὲ ἀλαζόνης φύτεύεται ποτὲ δέξατο σεριπῆ
μηρύκεαν, ὅτε περιποτον ὀπώρας καρπὸν ἔφιλεν,
καὶ ἵεραν συκῆν ἐντοψίᾳ φύγοντες ἐξονόματε,
καὶ ἐδήλων πατέλες φύγοντες ἔχεν ἀγήρως.

Plutarch. *de cupidit. dinitiar.* prodit moris olim
fuisse per Dionysia ut ferrent duntaxat vas vini,
flagellum vitis, hircum, cofinum ficuum, denique
phallum ut ostenderent ficus à Baccho repertas
quod Lacones existimarentur. Ficus Callistrutia sa-
pore præstantissima. Athenæus, καλλιστριτον σύκον
ιστέχει πάντων. Idem Plinius ait ficus cerina à ce-
reco colore, κίνειον σύκον. Ficus Liuiiana Pompeiana,
Liuiia Plinio, siccata sole in annumnum usum. Caricæ,
ficus passæ, iheræ. Ficus matura κόλυβην Athenæo,
præcox ἀρόσιμον σύκον. Ficus duricoria Macrobius
id est, serotina.

De Chia ficu, et Caricis.

C A P V T X L V I I .

CArice Ægilides laudatæ. Caricæ Tithrasia à
Tithrante pago tribus Ægeidis. Procnides
caricæ

caricæ Hesychio. Martialis lib. 1. 3.

Chia seni similis Baccho quam Setia misit,

Ipse merum secum portat, & ipsa saltem.

Per Setiam, setinum agrum Campaniæ intelligit.
De coctanis caricis, seu coronis, cottanis, cocto-
nis. lib. 7.

Paruaque cum canis venerunt corona prunis.

Hec tibi que torta venerunt condita metu.

Si maiora forent coctana, ficus erat.

Metam vocat vas turbinatum. Plinius lib. 3. cap. 5.
Syria in ficorum genere habet caricas minores
eius generis quæ corona vocant, à cotone vrbe.

De Bombyleumata.

C A P V T X L V I I I .

Bombyleumata Hesychio dicuntur τὰ μαζεῖσθαι
ἄρπυματα, curiosius preparata, τὰ μαζεῖσθαι ἄρπυ-
ματα τειπλὰς κατεοντασίνα. Βούργιτελδίσιν οὐδὲ τὸ ὄρθε
ἄρπυμα condire ontho. Hesychius ὄρδον condimenti
genus esse vult. Athenæus lib. 2. νάρπιλον ὄνθυλα-
μέγιλον, conditam ontho. Lib. 8. ἄρρα σύμπικτον ὄνθυλα-
μένον, agnum confixum conditum.

De Colostro et Caseo.

C A P V T X L I X .

Colostrum, Colostra est prima à partu spon-
giosa densitas lactis, Plinio lib. 28. cap. 9. Co-
lostrati infantes à colostro. Palladius in Nouemb.
Nunn 3 Colo

Colostra lac cuius spissior natura agnis ni auferratur nocebit. Aristoteli dicitur *Εφανίς*, quia maximè alit. Iupiter lacte capræ nutritus. Martialis lib. 13.

Surripuit pastor que nondum stantibus hordis,

De primo matrum lacte colostra damus.

Caseum lunensem, Vestinum, Velabrensem, seu fumosum, Trebulanum laudat, *ibidem*.

Trebula nos genuit, commendat gratia duplex,

Sive leui flamma, sive domamur aqua.

Casens Herrusca signatus imagine Lune.

De Caseis.

C A P V T L.

Casei quia ex lacte animalium fiunt in carnisbus reponentur. Heliogabalus dulciarios, & lactarios tales habuit, vt quæcunque coqui de diversis exhibuissent, vel structores, vel pomarij, illi modò de dulciis, modò de lactariis exhiberent apud Lampridium. Casei fuere secundæ mensæ. Pollux lib. 6. τυρὲς Εφανίς, casei, colostra, τυρὸς χλωρὸς, caseus recens, & ἡ Ἐπόνη τούτῳ ἐλεγον, siccum autem matrum vocarunt. ὁ γὰρ ζεύπιας τυρὸς σκελικὸν τὸ οὐδεμία, caseus acris, vel acetosus oxyrias, qui sitim acuit, Siculus cibus est. Eustathio ἑπτας τυρὸς ἀριών δι' ἐπὶ συκῆς τηγανισθεντος. Opias caseus acris coagulatus succo fici. Athenaeus lib. 14. τυρὸς Ερινιος σκελικός. Tramilius caseus Siculus. Velabrensis Romæ. Martialis,

Et Velabrensi massa recta foco.

In macello Romæ multæ fuere caseariae tabernæ

Plin.

Plin. lib. 11. cap. 42. Apud Polluc. lib. 6. cap. 10. laudatur in primis caseus Cythnius, & Siculus, τυρὸς λαχαι qui caseos vendunt lib. 7. cap. 33. Antiphani τυρὸς χλωρὸς caseus recens dicitur, ἔπος siccus, ξυστὸς τασilis, πυκνὸς recentissimus, κορτὸς, τυρὸς festilis.

De Condito, Amulo, &c alijs.

C A P V T L I.

VT conditum fiat mel cum vino coquitus, piper, dactylorum ossa torrida. Rosatum fit è melle, vino, & foliis rosa ad bibendum. Ita fit & vinum violaceum. Folia citri viridia in sportella palmea in dolium multi misla pro rosato sunt, apud Apicum. Carenum est genus liquoris Apicio. Careni calyx. Amulum infusum, vel orizæ succum, ἄμυλον. Vt Apothernum fiat alicam elixam amygdalis depilatis, & lotis ex creta argentaria passo asperges, ait Apicus.

De Alica.

C A P V T L II.

ALICA præstantissimum est triticum cuius granum tunditur in pila lignea vt ex ea fiat potio. Plinius lib. 22. cap. 25. negat eam fuisse ætate Pompeij, esse quidem eximiè utilem siue elixa detur ex aqua mulsa, siue in sorbitiones decocta, siue in pultem. Fit ex zea vel spelta. Plinius lib. 18.

lib. 18. cap. 11. Ptisanæ quæ ex hordeo fit laudes omnes in alicam transeunt, quæ tamen pauperiorum fuit. Martial.

Nos alicam, mulsum poterit tibi mittere dines.

De Placentis, & Alica.

C A P V T L I I I .

MVlieres ut plurimum liba & placentas fingebant. Theocritus,

εῖδατο δὲ ὅτα γυναικεῖς δὴ πλαθάνη πονέοντες
ἄγδια μεσορούσι λόχῳ παντοῖς ἐνὶ ἀλέρῳ
ὅτα τὸ ἄπο γλυκερῶ μέλι Θ., τὰ τὸν ἵζεων ἐλαῖον
πάντας εὐτῷ πετύων τὰ δὲ ἔρπετα, τῷ δὲ πάρεστι.

Hesychius ἀλετέαι τὰ τοῖς δυοῖς πόνων ἀλέται, Virgines liba ad sacrificia molunt. Cibi quos mulieres in plathane vase panifico faciunt flores miscentes oranes cum farina alba, & quæ ex dulci melle & in humido oleo omnia volatilia & serpentia ipsi adsunt. Athenæus sub finem *lib. 3.* πλακῆς εἰς γάλακτον Θ., ἵτεν τε, καὶ μέλιτον, δὲ φαρμακοῖς λίθον κυλεῖσθαι, Placenta ex lacte, & sesamo quam Romani libum vocant. Scholiast Aristoph. ἴτεν, τεμψάπτου λεπτὸν διὰ σκούρας καὶ μέλιτον φύσισθαι. melissatica placentæ mellitæ. Apud Gellium Varro, bellaria ea maximè sunt mellita quæ mellita non sunt. πέμπτατα, τρεχήματα ὥραια, cupedia res bellissimæ, vina Liberi, bellaria, χόνδρος, Alica, Nicander Colophonius,

χύδρα μὲν ἐπιτρίχειας, ἔπειράσσεις δὲ ἐνὶ κοίλοις
ἄγγεσται, εὐάσθετος δὲ μηδὲ ἄμεινος φύρου ἐλαῖον,
ζωμὸς δὲ βερμίουτα κατεπτήσεις πάντα δὲ πάρεσται

ἀμφιβαλλόν, φαντὸν δὲ ἀποδιδύνει βαρὺ κρίμαν,
ἥρμα δὲ ἐνχλάσσον κοίλοις ἐκδίνεο μύστρος.

Chondrum tritum in vase cano sternito, admixtæque oleo fragrante pinsito, addito insculo quod fernens ac fremens hauseris, tum operculo imposito assūm exhalarē ne permittit, suffoca, sic hordeum ne transpiret excessum vehementer intumescit, sensim vero tepidum mystris tu causis in cibo sumita. Apicius, Alica quomodo fiat, fabatiæ virides, & concisæ, &c. Festus, alicam ab alendo dictam ait: propriè est farris genus, tritico simile, succum certiore habens, siue in aqua coquatur cum mulso, aut vino, siue cum oleo, saléque frixum sumatur, vt Galenus lib. 1. de aliment. & Plin. lib. 28. cap. 7. Tandem alica dicta confectio ex zea, seu hordeo. Plinius lib. 18. c. 11. & Palladius lib. 6. Ad Alicam referri possunt apud Theophrastum, iuscula spissiora, sorbilia, ροφήματα ποματοδέσερα παχύτερα, lib. de igne. Et apud Hippocratem, ροφήματα διδύναι πλούτιον, καὶ κέλετον ἡ χόνδρον, sorbitinunculas dare ptisanam, aut κεντρον panico semen simile, aut farinam, aut alicam. Pulites quædam niueæ Martiali lib. 3.

Pulibus hinc niueam grata corona datur.

Item,

Et pulitem niueam premens botellus.

Puls candida facta ex tritico.

De Placentis.

C A P V T L I V .

Inter bellaria non postremum locum obtinent opera dulciatia, placentæ, liba, scriblitzæ. Quare

N n n n

Sami

Sami vicus fuit in quo mulierculæ essent liborum, & operis dulciarij artifices, de quibus Athenæus lib. 12. in opere suo λαύρα σενή της ή μεσοθεού γυναικῶν Διμητρίων, καὶ θεὸς ἀπόλαυσι, καὶ ἀκρασίαν πάντας βρωμάτων, ὡς ὁ πολυχάρτης εὐέλπτον τὴν ἐνέστα. *Vicus Sami angustius, quasi angiportus, in quo muliercula dulciorum panifices, & omnium cupediarum, que intemperanie seruunt, quibus Polycrates Samius Graciam replevit.* Alexandriæ item fuit λαύρα ἐνδειρών, εἰς τὰ πάντα τὰ τεφρὰ ἐπωρεῖτο, vicus beatorum in quo omnia qua ad delicias faciunt, vendebantur, ut Romæ Thuscus vicus, vbi siebant tracta farinacea solo imposita, sesamo sparsa, quorum pars ima dicitur solum. Vnde tracta fingere, & depserere. Strues dictæ cum tracta porrecta in solo sterrenrentur. Scribilia, quod sit scripta signis. Globuli, globi, lagana, lucunculi, tractæ in panificio erant pastilli in longum porrecti, & producti, offæ pastilli in rotundum glomerati. Clibanus dicitur testum, baltheus, & baltheum quo cingitur tracta. Sphærita placenta globos habens, qui in solo placenta componuntur. Sauillum libum à suauitate, Mustaceus cum farina musto subigitur subditis lauri foliis. Panificio Græci vocant ἄρτοποιού, ἄρτοκόπον, aut potius officinam vbi fiunt panes, nam propriè ἄρτοποια est panificio apud Xenoph. ἀπὸ δὲ ἄρτοποιας κυεῖσθαι τὰς οἰκιας πάσους Δαστρέρων ἄρτοκόπος, ἄρτοκόπειν, ἄρτοποιον. Cyribus è panificio totam domum alit. Pistoris est panes pinsere, ταραπίνον, ἀπικιδίαν τεραπικίδας, Tarantinus Apianus, perlucidius, Plikius, oruzites, mustacia sesamata ex Chrysippo Thyaneo, sunt genera liborum. Item, Crastianum Siculum, non Crasianum,

ut vulgo legitur. Crastus est oppidum Siciliæ. Crustum Julianum, Crustarij, crustularij. Crustum Canopicum. ψυλα, ψυλαιοψένα, vñcta pingui edulia, perlucida. Cappadocium libi genus. Plicum ab implicita figura. γετζάτον, gutzatum aspersum melis guttis. Tutulatum, Crustum purum, purum vocat Athenæus. Paulianus, subtilum ex alica, saulium ex farina. Spira fit immixto caseo. Cato cap. 77. Luculli, lucunteres ab albo λαύρῳ. Circus, circulus, crustoplasenta, ψυστον αὔρας, Catillus ornatus, id est, ηνάζ. Ostracites in figlino testu coquitur. Irneus Catonis in irneum fictilem indi solitus, quæ demittebatur in ollam æneam aqua calidam plenam, & ad ignem coquebatur. Attacitæ sunt Attanitæ. Cato cap. 75. Libum hoc modo facito. Cassei pondo duo in mortario bene disterat. Vbi bene distriuerit, farinæ filigineæ libram, aut si voles tenerius esse, selibram filiginis solum eodem indito, permiscerōque cum caseo bene, ouum vnum addito, & vñā bene permisceto, inde panem facito, folia subdito, in foco calido sub testa coquito leniter. Cap. 77. Spiram sic facito, in solo tracta cum melle oblinito bene, inde tanquam restim tractes facito, ita imponito in solo, dein plicis completo bene arcte coquito. Cap. 76. Placentam sic facito, farinæ filigineæ libras duas, vnde solum facias in tracta farinæ libras 4. & alicæ 1. libras duas, alicam in aquam infundito, vbi bene mollis erit, in mortarium purum indito, siccatoisque bene, dein manibus depsite, vbi bene subactum erit, farinæ libras 4. paulatim addito, id vtrumque tracta facito, in qualo vbi arescant, componito, vbi arebunt, componito puriter, tum facies in singula tracta.

tracta. Consule Catonem ut pistor, fictorique dulciarius euadas. Te docebit ille insigniter. *περιστοιχίας* placenta fuit ex caseo per cibum succreto, alius est *πρόχυντος*. *παντοπίσης* placentæ sunt ex lacte, melle, farina. *χαρπίσης* est placenta. Hesychio *χαρπίον*, *παντοποιάς*, est placenta sesamo sparsa. Pancarpium Alexandrinis placenta quæ sit ex itriis contritis cum melle coctis, quæ vbi coxisse ad instar globolorum fingeabant, & tenui biblo adstringebant. *περια* δέ οἱ πάντα σωτειριμένα, & μὲν μάντος ἀφόρετα, καὶ μὲν τὸν ὄφον σφαεδὸν σωτεῖντα πειθῆται βίστρο λεπῆ, ἐνθα δὲ συμιένει. Itrium est libi genus. ἐπλεύθι πλακεῖ εἰς γάλακτος, ἕπειρον τε εἰς μέλιτος. Alcman παρεῖται πάνιον τε, πόλτον, χερούτε λάκκον, κυρίναν τὸ διπόραν. Puls πολτός ex fabacea farina, Pyanion est παντεριά εἰς γλυκεῖς φρέσκα, omnē genus seminum in musto, aut dulci coctum. Cato cap. 79. Globulos sic facito; caseum cum alia ad eundem modum miscero, inde quantos volles facere, facito, in ahenum caldum vnguen indito, singulos aut binos coquito, versatōque crebro duabus rudibus, coctos eximito; eos melle vnguito, papauere infriato, ita ponito. Enchytiūm ut globulos facit, in vnguen caldum fundit, hoc in restim quasi spiram facit; id duabus rudibus versat, perfrigitque, vnguit, colorat, mediocriter cum melle, aut mulso apponit. Ames placenta ἀπὸ τῆς εὐραῖς αὐτὸν σταθῆ ὑφὲ ἱδνῆς, ὡς μέσην καταρρέειν. Vide Catonem cap. 87. de Amylo. Iones ἀμλῶ, alij ἄμτα, quod multa in vnum coniiciant ab ἄμα. Suidas, *διακόνιον* οἱ πὲ τὸν τὴν πλακεῖτος κρηπῆς, Diaconium alij placenta solum esse volunt; alij ζωϊον ποιοῦ, quoddam iusculum, quidam mazam, aut

ἄλλα

ἄλλα τὰ κυκλότερα πέψατα, liba quædam orbiculata in erezione quam Apollini faciunt. Bastynias placenta barbarica, vel ut alij legunt Basunias. Psammatum, *λαστίν*, libum est. *χρεπτὸν*, καὶ νεύλατα placentæ, item Deudalides, Attrantes, ἀπλατα, πήλατα, fartagines, *χρηπίον*, idest, *χρεπτόν*, placenta carnibus farta. *γλυκώνας* placenta, empepta triticeus panis cauus, æqualis solo, vel basibus quibus imponuntur placentæ ex tritico factæ. ἐπιπληπτικὸν πουνὸς ἀρτος κοίλος σύμμετρος τὸ κερπόν, εἰς τὸν ἀντίθετον τὸ διά τὸ πυρῆ οὐδεὶς ὅρμην πλακεῖν πα. Hesychius ἐρυπίλανα, πόπια, πέππα, vel potius ἐρυπίδα πλάκα τὰ πειναῖς ἀ τὸν ἀντίθετον τὸ διά πυρῆ, ρόλοι, Empepta obliqua triticea in qua Rhodij imponunt quæ ex caseo sunt, Hesychius, *ἰσκρίδες πεπιμα* ἐλαῖφ ἐλόμενον, καὶ πελιτέρημον, Encrudes bellaria oleo cocta, & melle imbuita, quidam Amanitas vocant. Idem, *ἴσχεις γλυκές* εἰς ἐλαῖον ὑδατίς. ὀπικάλιος *sporta*, vel *circulus*. γέρες, γῆρες, πλακεῖς, γανfre, κυελάρες, κελάρες, πλακεῖτες μαστοτήτες, placenta mammose, κυελάρης placenta. Hippocrates lib. 4. Epidem. *ἐγχρεπτήτης*, vel potius *ἐγχρεπτήτης κρίμως*. Hesychius, κειρήνοις πλακεῖτος εἶδος, κειρήνος ἡ κειρή, hordeum. Idem κειρή πυρόν. *χρεπτὸν πέψαμα*. *βάθιδειόν*, quod omnium postremum diuiditur in conuiuijs. *νάγος*, ἀρτος πλακεῖτος, & ναγός Hesychio, σακτὸς Polluci. *ψάθια* placentæ, *ἀμοργία*, similago cum melle cocta, ἀμοργίτης placentæ. Amorgites placenta. *χρέια*, ex melle & lacte. *πᾶσα*, vel passa libum. Passanus qui panem facit, aut vendit, καλασσῆς σπουδάνης. Echinus placenta insularis. κοτυλόνος placenta Chœnix tres cotylas continet. Ex tertia parte chœnicis sunt *χορτίναι* εἰς παρεγγέλμενον πυξῶν. Vide cap. 11. Pollucis lib. 6.

De

De panum & placentarum generibus. Piget enim h̄ic verba eius, licet pulcra, eruditatque, exscribere. χερὸν ἀλκὸν vocant ἐφθὲς πυρᾶς, cocta tritici grana, frictavē. χερὸν ἐρεικτὰ hæc grana prius frangunt, quām torreant. χερὸν ἐρεικτὰ εἰναις γενόντα, sunt πυρᾶς τερψίεις. Panis, polenta, puls, saepe accipiuntur pro eodem, quanquam aliquid est discriminis. Galenus scribit Cyprios alphitis, id est, farina è rostis hordei granis pro pane vti. Græci per ἄλφιτα polentam intelligunt, vt Galen. οὐδὲ Εὐφῶν διωάμ. Leuit. 2. ἐὰν ὃ τερψίης θυσίαν τερψίην μάστω τῷ κυρίῳ τὰ τερψίμενα χερὸν ἐρεικτά. Si obtuleris Deo munus primitiarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus, torrebus igni, & confringes in morem farris. μελικῆdes, μελικῆes, placenta mellite. Hesychius, μελικῆis, σκλαρία π. βερτὸν διὰ πρᾶς. Amyli placenta, ἡ ζωμὸς τωλακευτόδεις, ἢν τοῦ ἀμύλατον φασι. Plato Comicus, τλακὸς ἀνέρχεται, ἔωνται ἐξίνωσι, κιχλαὶ, placenta coleata, amylius prægnans & farrus, turdi. Copte opus pistrinariū. Oua inter bellaria sæpe numerantur. Ehippus, puramus, ames, ouum. de Pictaciis Nicander seu de fistaciis, πίσανι ἀκερμόνεοσιν ἀμυγδαλέοσιν πίσανα. οῖδας τὰς πότας vocant, mala punica Bœotij. Empedocles,

ἴηγενον ἐπίγρονο τε σίδαι, ἡ ταύτη φλοια μῆλα.

Sida oppidum Bœotiae Sidis, nomen dedit. Atheneanus lib. 14. Pamulæ Nicolai, panes Nicolai fuere. Palladius in vita Abbatis Apollo, panes Nicolaos maximos. Mazæ ad hominum v̄sus, Anthema, Thridacine, physte, vinosæ, ephieros, dandalis, lolodiaconium, tripta, anemone, cardame. Berrees mazæ sunt, seu molæ ex cribratis farinis sub-
actæ,

actæ, dandalides ex rostis hordeis, procona, & proconia ex intosti hordei farinis. Placentarum species sunt ama, amula, entrya, strepta, neilata, pthis, phrida libatoria, thrymantides, crepis ex farina & melle, cui vuæ, aut fucus rostis inerant, quibus excis crepida ipsam auum ζωμὴ iuscuso intritam comedebant. Placentæ philoxenæ Leucadij Philoxeni inuentū, placentæ Samiæ. Conus erat ex vuis & amygdalis, quæ contrita simul & commissa assabanter. Escarites Rhodia. Inter panem, & placentam media Tagenij Polluci sunt encrides, quas apponunt stridentes & tepidas vt mel superfundant. Tagenij sartagini infusæ caseus, oleum, mel, & sesama infundebantur. Quædam dicta μελια placentis apponi solita, radiis textoriis similia coloris albi. Præter placentas erant myrrhides, caricæ, mespila μίσπηλα ἡ νέα κυλεῖται, ait Pollux Alexis, ἵρας τὸ θεόσημον τῷ Ἀθηναίον, ἡ θυμῷ δεομένη πνευ caricæ insigne Atheniensium, & fasciculi thymi. Phœnicides, bellaria vocat τερψύλαια, quia in propylæis templorum vénibant. Euripides πυρὸς ὅπιας δέ, ἡ δός γάλα. ἀποργάνωτα λείψαντα δέ τῇ τερψίματος, ἡ τριαξίμων κόκκος πότας acini mali granati. Aristophanes, δέογλυκεῖά τ' ἄρα κοκκεῖς πότας. Mali granati grana decerpis. Amygdalæ, nuces perfice quæ nunc regiæ, γέρνα τερψικά. Caricæ chelidonij Atticæ, quas & chelidones. Pollux, ἵρας πρόνεας, malim πρόνεας. caricæ oxali. Vide Pollucem lib. 6. cap. i I. ταφυλαῖ, ἐλαιοπίμαξις, φοινικούλανθι, κριτῖς, μελικῆς, μεδουσῆς, χυρενίας. Item ἄποι, μῆλα, σκύλα, ἀχεάδες, ἀσφίδες, pyra mala, pyra sylvestria, vixæ passæ erant, inter bellaria.

De Panibus, Pulte, Alicia.

C A P V T L V.

Pollux lib. 16. cap. 7. E rebus terra natis fiunt pūrtos, ἀλφίτα, μάζα, σπίτια, panes, farina, massa, frumenta. Frequentior apud Romanos panis vlus, quām pultis erat, ideoque in sacrificiis mola ex farre & sale constat auctore Valer. Maximo lib. 2. cap. 5. Romani tamen pultifagi. Iuuenal. Sat. 14.

*A scrobe, vel sulco redeuntibus altera coena
Amplior, & grandes sumabant pultibus olla.*

Puls hordeacea in lacte dicitur lactea Hesychio, γαλαξία πόλις κείσινος οὐ γάλακτον. Apicius de pultibus Julianis, Alicam purgatam infundis, cùm feruerit oleum immittis cerebella duo cocta, se libram pulpa. Panes ferebant in reticulis quos Aristophanes vocat γυργύθιος, Theophrastus ὄμβαθιος. Panis κλιεσίτης εὐπεπλός, ιππίτης, seu καρυνήτης, in clibano coctus facile concoquitur ac digeritur, in furno coctus ægrè. Athenis panis ἔργων οὐ laudatus, Rhodi panis ἔχαριτης, qui dulcibus ac mollitie mirificè temperatus est, fuit μεθίσιος ἔργον, οὐ πλαισίτος Polluci intermedius inter panem & placentam. Sub fine mense panem hunc ex passo edunt. λαβόντα θερμόν, ἔχαριτης ἀνελίπητα βάπτειν οὐ γλυκών. Sumens calidos panes in foco coctos euoluens tingit in passum. Pollux lib. 7. c. 10. οἱ δὲ πουλιοὶ ἔργον πνεῖ εἰσ τρυφῶντες, Panes bis ignem passi, vulgo nautici dicti, laganum, apan-thracis, placenta. Athenæus lib. 3. consulendus de tota ratione panum. κόλασθε placenta quadrata

drata paruula ἐπι μεγάλων κολοσσέων, ex magnis diminuta & mutilata. Placenta omnis si est πλακεῖ εἰς φλάτος ἐκπίνεται, placenta in latitudinem extenditur. Quidam Collabos panes esse aiunt similes citharae verticellis. Apud Athenæum βολεράκι, πολφοφάκι Polluci, Italis vermicelli, πολφοὶ μηρύματα ἐπι σπιτία farinæ subactæ, cum adipe, massa in fila deducta, & producta. Placentas mulieres vulgo fingebant. Hesychio γαῖα μημερός οὐ εἰς τοῖς γάμοις πέμπεται πάσαι. γαῖα. μημ. τὰ πέμπεται ποιεῖσσαι. Athenæus, τὸς δὲ τὰ πέμπεται, φερετόπτε τὰ πλακάντα ποιεῦντα μημερός. γυναικεῖς ἀλεπεῖδες, ποποποῖοι, μικράμνοι τὰς φύσεις, mulieres molitrices quæ placentas faciunt, quæ naturas imitantur, τὰ πλακίσσοντα οὐ τοῖς θεοῖς ἀνίστοι ζῶσ, η φυτὰ, ait Proclus ad lib. 5. Plato. de Rep. quæ fingunt animalia, & plantas Diis sacras.

De Faba & Leguminibus.

C A P V T X L V I.

Onchis faba est cum suo folliculo, aut cortice elixa, aut edulium è faba confectum, ut differat à faba fresa, quæ sine cortice coquitur. Martialis lib. 13.

Si spumet rubra conchis tibi pallida testa,

Lantorum canis sape negare potes.

Dicitur & concha. Scribonius, ex fabæ quasi concha multo cum cumino cocta. Iuuenal. Sat. 3.

Cuius conche turnes,
Martialis lib. 5. ep. 40.

Iro pauperior forem Carine,
Si concham tories meam comedes.

Dioscorides lib. 2. cap. 12. κύανος ἐλληνικὸς πεδιμανός, φυσάδης, θύμητης. Faba Græca inflat, ægrè digeritur, κύανος εἰγύπτιος ἡ ποντικὸς, ἔχει φύλλου μέρα, ἀπό πέτασον, κυάλον τὸ πηγαῖον, πεῖραι μάκτυλον τὸ πάχος. Faba Ægyptia, seu Pontica folium habet petasi instar magnum, caulem cubitalem. ερείκηνος ὁ παῖς εὐοίλιος, ἔριτκιος Cicer satium alio idoneum, vrinam ciet. Cicer elixum vel frictum plebeculae in deliciis fuit, Martial. lib. 1.

— quod otiose

Vendit qui madidum cicer corona.

Horatius,

Nec si quid fricti ciceris probat, & nucis emptor.
Plaut. in Bacchidib. Tam frictum ego illum reddam,
quām frictum est cicer. In spectaculis cicer frictum
per cuneos vendebant. Lens carior faba. Martialis
lib. 13.

Accipe Ailiacam Pelusia munera lentem,
Uilior est alica, carior illa faba.

Pherecrates, μή μοι φανεῖ, μὰ τὸ Λα, & γὰρ οὐδεμαί, οὐ
τὸ τέλον τις τὸ βούρατος ὅρθι κακόν, ne mihi lentem per
Iouem, non mihi placent, si quis comederit, os ei puti-
dum. Pelusiaca lens laudatur. Virgil.

Nec Pelusiaca curam asfernabere lentis.

De Farre, & Simila.

C A P V T L V I I .

Fat significat frumentum adorem, & farinam
Ex eo factam, & pultem. Triticum primum lo-
cum

Lib. II. Cap. LVIII. 211

cum tenet inter frumenta, ex quo fit pollen vola-
tile, deinde similago, seu simila, σιμίδαλις, σιμάλις,
denique furfures. Martialis,

Non poteris simila dotes numerare, nec usus,
Pistori toties quam sit & apta coquo.

Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum usque
bellum annis ab Urbe condita super 580. Ipsi pa-
nem faciebant Quirites, maulierūmque id opus
erat, ait Plinius lib. 18. cap. 11. Dioscorides lib. 2.
cap. 107. πυρὶ τεσσερὶ ψῆναις χεῦσιν ἀεισοι, οἱ τεσσαράποι
χρ. τελεῖοι ἀσφικτότες τὴν χεῦσαν μηλίζουσι. Triticum salubre
est quod recens & perfectè adulsum flanteſcit.

De Hordeo.

C A P V T L V I I I .

Dioscorides lib. 2. κριθὴ ἀείσιν ἡ λάκι, καὶ κενθαρὲ^α
ἀτερφωτέρα πυρὶ. Τὴν ἀντηρὲ ἀλφίτην ἡ πλιανάτη
Εὐφρατέρα, θάλαττὴν τὴν ἑψίσιν χέλωσιν. Hordeum
optimum candidum, purumque minus quām tri-
ticum alit. Ptisana ob cremorem in decoctione
redditum plus alimenti præbet quām polenta ex
hordeo facta. Consule Plinium lib. 18. cap. 7. Pa-
nem ex hordeo antiquis visitatum vita damnavit,
quādrupedūmque tradidit refectionibus. Ptisanæ in-
de usus validissimus, saluberrimusque tantopere
probatur. Hippocrates unum laudibus eius di-
cauit volumen. Idem lib. 22. cap. 25. Ptisanæ
laudes transfert ad alicam. Romani ptisanam ex
oriza, non ex hordeo fecerunt, vt Plin. lib. 18.
cap. 7.

De Rapis, & Caulibus, seu Colibus.

CAPVT LIX.

Martialis lib. 13.

Hac tibi brumali gaudentia frigore rapa,
Que damus in caelo Romulus esse solet.

De Coliculis,

Ne tibi pallentes moueant fastidia caules,

Nitrata viridis brassica fiat aqua.

Cantes brassicæ pars est interior. De porro se-
stiuo,

Eila Tarentini grauiter redolentia porri.

De porro capitato,

Mittit precipuos nemoralis Aralia porros,
In nuce virides spicite cerne comas.

Asparagus in totum spina est, nullum folium ha-
bet. Trium librarum asparagum Rauenna ali-
quando produxit ut Plinius lib. 19. c. 8. Martialis,
Mollis in equorea que crevit spina Rauenna
Non erat inculis gratior asparages.

Suidas ἔργες έργον δι' ὄπορας οὐ λαχανών δι' ζύ-
ρην ἀπόρη τοῦτο εὔχεται. alimentum igne non procu-
ravit poma & olera, quo usq[ue] Zeno philosophus Stoicorum parens. In colloquio quotidiano λαχανω-
λεῖον dicitur vbi olera & herbas emunt, item ὄπορας
mala, συκέων mora, συκέων caricas, mala persica, astut
ryxa, τευχixa, tuberos. Plato φίλοσοφος, amans ficum,
Arcteslaus φιλόσοφος vinarum, Philippus Macedo
φιλόσοφος, malprum amans. Ägyptij Papyrophagi.
Aischylus, βοεὺς ἐκαρπός, ἡ κρατεῖ σαχῶν μέζαν, fru-
ctus bybli non caput magnam spicam, panem ē biblo,

Lib. II. Cap. LIX. 213

seu papyro fecere, imò & potum, vt ex hordeo
ζυθum. τὸς κεῖσθαις ἐσ ποτὲ καταλεάνοντες (malum
καταλεάνοντες) hordeum in potionem molentes, πινο-
τας ἐπι κεῖσθαι μέσῳ, ex hordeo bibenies merum, βιολο
ἀτὶ ἀλέοντες, Papyrum semper molentes, ὅπος κατὶ ζε-
χώ, lafer, ἐψιματα vocant cocta olera, aut legumi-
na absque carne. Clemens lib. 2. Padag. Βόλεον, ἑλατα,
λαχανῶν ἔντα, γόλα, πύρος, τὰ δέ οραῖα, ἐψιματα τε πα-
ποροπάτη ζωρῆς ἄρδε. Bulbum, oleam, quadam olera, lac,
casens, bellaria, olera cocta sine carne, καὶ δέν κείσθαι
ἐπὶ τῷ μᾶλλον, ἢ ἐφθει μεταδό τεον. Galenus lib. 4. ιχτεγών,
vocat ἐψιμα ζευον λαχόν, ius album. Conchos,
Romanis dicitur conchis faba non frēsa, sed inté-
gra cum folliculo, conchen & concham vocat
Martialis,

Quum saxitani ponatur concha lacersti.

Et bene si cœnas conchis inuncta tibi.

Conchis cibus pauperum apud Iuuenal. Sat. 3. &
14. Apud Athenæum lib. 4. Vel cœna pauperum,
vel antecœnūm describitur. Alexis, οἴστρα, ἀσφίδα
κεκουμένη, σεσαμα, νιανα passam contusam, aut conci-
sam, μέραδον fæniculum, anethum. νάπα, σιναρι, κευλὸν
canlem, σιλφιον laserpitium, aut caulem laserpitij, κο-
ειαρον ἀνόν, coriandrum siccum, περ̄ semen fruticis
coriarij quod cibis aspergitur, cuminum, cappa-
rim, origanum, γάτειον, cepam non capitatum, σιρόσδαν
allium, thymum, σφαῖραν saluianam, σιγαον sapam seseli,
σιγαρον ruitam, πράσον porrum, σπίρον ficus folium, σιγαον
defrutum. Βόλεον bulbum. Galenus φυλλία vocat ἴδια-
ματα κυπά, hortenses suauitates. Hesychio φυλλίδες
τὴν ἵστερην πὲ ἡ λαχανῶν ονδαζόμενον, intritum
quoddam ex oleribus factum. Athenæus lib. 3. fabæ
Ägyptia triplicem utilitatem facit, prima est flo-

ris ad coronaimenta , altera ciboriorum maturo fructu ad epulas , tertia radicis ad edendum ex iuscule. radix vocatur colocasium. Ciborum propriè est faba Ægyptia ex qua pocula faciunt , quæ Horatius ciboria vocat , non planta quæ fert fabam, ἐστὶ καρπός , ait Stephanus , ἡ τε ρίζη πάντας ἀφιέμεις ἔστιν , πολὺ ποικίλων , καὶ οὐ κεραλαῖς . κολοκύσιον μὲν τοι καλέσοι τὴν ρίζαν , πὸ δὲ ὑφῆμακος ὄψιν ιδεῖν τὸν , ἵδωματα τε τὸν φλέβας παρέχει , cuius plantæ fructus , & radix omnino serpentis instar flexuosa est , varietate & capitibus. Radicem vocant colocation , quod super enascitur , formam propriam habens , & venas edules præbens , quas vocat Theophrastus θεραπεῖα , fibras separatas , Martialis fila , cibus gratus est ,

Improba cum morsa fila , manūque trabes.

De Aceto.

C A P V T L X .

INTER EA QUÆ TERRA EDŪTUR NUMERO ACETUM , QUOD fit è vite , quódque condimentum suauissimum est. τὸ τοῦ μόνου τῷ μόνοιά των τὸν καλέσοιν , Hoc solum condimentum Attici vocant voluptatem. Hesychius , ἕδος , ἕδονή , καὶ ὄφελος , καὶ ὄξος , Edos , voluptas , utilitas , acetum. Item ἄδεις Dinolochos ὥστε ὄξεις acerabula. Pharium acetum Iuuenali , Cleonæum Aristophani.

De

De Abyrtaca.

C A P V T L X I .

ABYRTACE GENUS CONDIMENTI È SUCCO HERBARIUM VIRENTIUM. ANTIPHANES σπουδεῖς , γίττες (VEL λΙΤΤΕ) ΚΥΜΙΚΟΣ , ή , ΜΕΛΙΤΟΣ , ΘΕΙΖΑΝΟΣ , ΒΟΤΑΝΙΚΟΣ , ΟΞΟΣ , ΕΛΑΙΑΣ , ΕΙΣ ἈΒΥΡΤΑΚΗΝ ΧΛΩΝ. SESAMI , NITRI , CUMINI , SEMINIS FRUTICIS CORIARIJ , SEU SUMACH , MELLIS , ORIGANI , HERBIFLORUM , ACETI , OLEI IN ABYRTACEM GRAMINIS , AUT HERBEA , ΑΒΥΡΤΑΚΗΝ ΣΑΓΟΝΙΕΣ ΒΥΓΑΕΙΟΝ ΚΑΤΑΣΩΔΑΙΩΝ ΔΙΑ ΦΡΑΣΟΝ , ΚΑΙ ΚΑΡΔΙΑΜΩΝ , ΚΑΙ ΡΟΙΕΝ ΚΩΝΙΩΝ , ΣΡΙΩΝ ΔΙΛΟΝΩΝ. ABYRTACE INTRITUM BARBARICUM FACTUM EX PORRIS , NATURATIO , GRANIS MALI GRANATI , ACRE SCILICET. THEOPOMPUS ήδη τὸ μέντον γάιαν ἔνδια καρδιών , πλεῖστη ποτῆς η τράσσων ἀΒΥΡΤΑΚΗΝ. VENIEBAT IN MEDIANUM VBI ABYRTACE FIT È MALTIS NATURITIS , & PORRIS. LUCIANUS IN LEXIPHANE , ΚΑΙ ΙΑΤΙΩΝ , ΚΑΙ ἀΒΥΡΤΑΚΗΝ , ΚΑΙ ΓΟΙΑΝΤΗΝ ΠΟΤΕΣ ΚΑΓΕΙΚΙΑΣ , ΚΑΙ ΤΡΙΨΙΑΝΟΠΟΙΕΣ , ΚΑΙ ΣΡΙΑ , ΚΑΙ ΜΕΛΙΤΩΝ. ET MORETUM , SEU ALLIATUM , & ABYRTACE , & SIMILIA QUADAM CONDIMENTA , & THRYMATIDES , & FRTILLAE SICULNEIS FOLIIS INHOLITA , & EX MELLE DULCIARIA.

Rursum de Aceto.

C A P V T L X I I .

IVUENALIS ,

INATI SYNCIPUT ELIXI , PHARIQUE MADENTIS ACETO. FUISSÉ OPORTET ÆGYPTIUM ACETUM ACERRIMUM ; QUO CLEOPATRA GEMMAM MOLIS ADMIRABILIS LIQUEFECERIT.

216 *De Coniuuijs,*
cerit. Persius Stoicum acri aceto lotum ait. Mar-
tialis lib. 13. epigr. 117.

*Amphora Niliaci non sit tibi viles aceti,
Esse cum vini, vilius illa fuit.*

Aristophanes Cleonæum ὄξος commemorat. Lib.
23. cap. 21. Plinius. Dioscorides lib. 5. cap. 21. ὄξος
ὑπεριτη, ἡ σφι, ἀσθμαχόν τε ὄξον, ἡ ἀσφεντον, acetum
refrigerat & astringit, stomacho utile est, & appeten-
tiā excitat. Acetum potui fuit lib. 3. de penu lega-
ta. Militibus erat posca ex aceto & aqua. Acetum
dicitur ὄξος.

De alijs terra natis.

C A P V T L X I I .

Abiastra, fasclares, foenum Græcum irritan-
dæ gulæ fuere pro antecæna. Galenus lib. 2.
de facult. aliment. περιλαμβάνεις φαρανίδας, ἐλαῖς τε,
ἡ πέλεις εἰς γάρ, ἡ κύτη ταῦτα μελάχας τε ἡ τεῦτλα,
ἡ ἄλλα τοιοῦτα λάχανα μετ' ἐλαῖς, ἡ γάρ. πῆλις est
foenum Græcum. Apialstrum μελισσοφυλλόν, siue με-
λιτυνα, νυαζ Apamenæ hodie Damascenæ dicun-
tur. Pollux ponit θερμές, κοκκύμια, lupina, pruna,
repositorym τῷ ἀποδέπον. συκόμυνα, μόρα εἰς τὸ βάτη,
mora ē sentibus, κεράσια, cerasa, χρύσεις alica, κόνοι,
nuclei, μελάχη malua, δριδανίν latucca, κινάρα, cinara,
seu acanthus, σίκων cuscumis, πίπου, pepo seu aterratīas,
μῆλα τὸ ὄφειον, mala bellarianum, καρδινία μῆλα, cotonica,
σύκη τῷ χλωρῷ ficus recentes. Martialis lib. 5. ep. 79.

*Non deerunt tibi sessiles propinquæ,
Viles Cappadoce, graueisque porri,*

Diniſis

Lib. II. Cap. LXII. 217

*Diniſis cybium latebit ouis,
Nigra coliculus virens patella,
Et puluis niveam premens botellus,
Et pallens faba cum rubente lardo.*

Cappadocæ sunt lactucæ Plinio lib. 19. cap. 7. Sel-
files, item lactucæ vulgares lib. 3. Martial. & vtrum-
que porrum, sessilisque lactucas. Cybium piscis
est lib. 11. Et caudam cybij, graueisque mænas. Bo-
tellus genus farciminis fuit sine carnibus apud
Apicum. Tertullianus tamen in *Apologet.* botu-
lum vocat sanguine distentum. Addit Martial.
lib. 5.

*Mensa munera si voles secunda,
Marcentes tibi porrigenitur vna,
Et nomen pyra qua ferunt Syrorum.*

Colore nigricanti fuere, vt Plinius lib. 15. cap. 15.
Martialis lib. 5.

*Succurrent tibi nobiles oliuæ,
Piceni modo quas tulere rami,
Et fernens cicer, & repens lupinus.*

De vuis passis, ouis ollaribus consule Columellam
lib. 12. cap. vlt. de porro sectiū Iuuen. Sat. 14.

Filaque sectiū numerata includere porri.

Nero frequens in popinis helluabatur, & interim
alios quicquam in popina coctum præter olera &
fabam elixam vendere vetabat. Martialis lib. 5.

In sellariolis frequens popinis.

Lucianus in *Lexiphane*, ἄλλοι οὐδεμοτέλει, δὲ οὐδε
τίλιον εἶται, δὲ ἀραιὰς ποτῶν ταῖς φαρανίδας ἔμσιλατο τῷ
ἔρχοντε ζῷῳ, δὲ ἐρόφῃ τῷ τριτῷ, aliis calida glutie-
bat, aliis intestinum ieiunum, seu hilam eiecitbat,
aliis raphanis in tenues partes concisis absorbebat sal-
sa, ac pisculentias illas offellas, aliis agrestes olinas
edebat,

○○○○

5

218 *De Coniuijs,*
edebat, ἵτε φαντας, alius hordeum sorbebat. Inter ole-
ra numero quod Apicius habet dulcia domestica,
palmulas, vel dactylos, infartiles, bulbos, fungos
sceneos: gustum de præcoquis, duracina, conci-
cla Apicana, concicla Cōmodiana. Cibos tenues,
& parabiles ex oleribus describit Tzetzes in He-
siodium, σκιλλης & ὄσκον, καὶ μαλέγγος τες κλάδος τερών
ἐν ὅλμῳ συκεράσους, καὶ μέλον, καὶ απόν τι βραχὺ ποές Σφ-
ρων τῆς τρυπαίων, τὸν δὲ πλονθῆς τὸ λιμεῖ τι φύσισθεν.
Scillas tumorem, & malua ranos secans in mortario
miscens cum melle, & extrahe aliquid minutum ad vi-
elium, nihil tibi à fame erit incommodi si diligenter
trineris. Scilla enim potest perdere eos qui ne-
sciunt commode ea vti, si autem venenum squillæ
extuderis, miscens in ollis sufficienter cum aqua,
postea siccariis ad solem, & secans tenuia, miscens
sesamo, & melle, & lachryma papaueris ex Proclo,
bene erit. Molestias quasdam, difficultatésque ci-
borum, querere, caricas, piper, nuces, similam,
pistacia, aquam non bibere, nec vesci pane, sed
sorbitiunculas delicatas, & contrita olera, baccha-
rūmque succum non calicem sorbere, stultum est
ait Hieronymus. Apicius, Si laſer in dolium vi-
treum miseris, & nucleos pineos, cibosque intu-
leris, miraberis vim saporis. Fiet cocetum κυκεῶν,
id est, pharmacum. Tertullianus in Valentianos,
Herculis cocetum. Hesychius φλοξίδαι, καὶ κεχιζίδαι
δι ἐπάρει σκοδοζόνθαι. *Flogidia* est milium oleo temper-
ratum. Propriè flogidium est frustulum carnis affæ.
ὅπιπα τὰ δηπιποθύμα τῷ ἔτνῃ τὰ ἀλφίτα τὸν γό-
νδον ἀντε. Farine asperfa leguminibus. Eustathius
γρίθεων οὐ βρῶμα ποὺν οὐδὲ λύδος, Candalus cibus
quidam apud Lydos à Candaule. Philo in Mechanicis,

vt obsidionem toleres, referuare triticum in ma-
nipulis, & cicer, & alia legumina cum equi coa-
cto sanguine, aut lacte, & sesamum, & aracum
legumen accensum, aut mixtum cum olei amur-
ca, vt non putrefascat, & iecinora modò ne sint suū,
cum felle salita & siccata in umbra. Sic enim ma-
gis durant, & ista omnia à coquis accepta in unum
locum conferre, cum decreto ne quis ea occulteret:
ἀποκεῖδης η̄ εν τοῖς δράγμασι πυρὸν, καὶ ἐρεβίνθης, καὶ
Σέρμης, καὶ ὥρος, καὶ ἴππαλίς, καὶ σπισμόν, καὶ ἀράκης
πυρωρίγνης, ἄλλας εν ἀμόργῳ πυρφυραμένες. ἕπαν γό ἀσπιτον
γίνεται, καὶ ἡπτα ἔξι τῇ νῦν ἔχοντα τὴν χρήσιν ἀποκέντα,
καὶ ἔχρασμά τοι σκάδ. ἀπαδέσερα γό ὑπὸ διαμένη, συκά-
ζειν ὃ ταῦτα δεῖ οὐδὲ τὴν μαχείραν θίριοια τι πει-
σαλλοντα.

De Malis & Vnis.

C A P V T L X I I I .

Mala, & vna inter bellaria sunt. *Vennucula*
vna in ollis seruatur, Albana fumo duratur.
Horat. Sat. 4. lib. 2.

Picenis cedunt pomis *Tiburtia* succo.

Nam facie præstant. *Vennucula* conuenit ollis,

Rectius *Albanum* famo duraueris vnam.

Vuam *Albanam* cum malis *Catius* apud Horatium
catinis imponebat. Sat. 2. lib. 2.

— *Tum pensilis* vna,

Et nux ornabat mensas cum duplice fico.

Ficus duplices maiores. *Vegetius* lib. 1. art. 2. veteris.

Ficus duplices viginti, rutæ fasciculum. Ita *Virgi-*
lius

lius equo duplicem spiram attribuit. *Sat. 8. lib. 2.*

Post hoc me docuit melimela rubore minorem

Ad lunam delecta.

Melimela sunt mala mellei saporis. De malis & pomis Macrobius *lib. 3. Satur. cap. 19.* Sunt autem genera malorum, Armeniū, Cotonium, Citreum, Coccymelium, condituum, *δημηλίς*, musteum, Mattianum, orbiculatum, ogranum præcox, panuceum, Punicum, Persicum, quirianū, proshuum rubrum, scandrianum sylvestre, struthium, scantianum, Tibur verianum. Citreum Virgilius vocat felix malum,

Felicis mali quo non præstantius illum.

Homerus citrum arborem θύον vocat. De pyris idem ponit Antianum, Cucurbitinum, Ciritum, Ceruiscam, Calculosum, Crustuminum, Decimanum, Græculum, Lollianum, Lanuuinum, Lau-reum, Laterusianum, Morapium, Milesium, Myrteum, Nætianum orbiculatum, Præcianum, Rubile, Signinum, Tullianum, Titianum, Turrinianum, Timosum, Præcox, Volemium, Mespilium serum, Sextilianum serum, Tarentinum serum, Valerianum serum. Nux verò iuglans, quasi Iouis glans, vel glans iuuans, θύε βάλανος Theophrasto, quæ dicitur & aquellana, & prænestina, & pontica. Ad agrum prænestinum quidam di-cti Carsitani populi ἀπὸ θύε καρπῶν à nucibus. At nuces castaneæ dicuntur Heracleoticæ, alia sunt Basilicæ iuglandes, & Græcæ nuces, quæ & amygdalæ, & thafæ. Iam verò nux mollusca est persicum quod cæteris omnibus nucibus mollior sit. Nux Tarentina ita mollis est ut vix attrectata frangatur, denique nux pinea. Vide Macrobius.

bium. Ista omnia asseruabantur vel in penu, vel in horreis, vel in Apothecis. Quare claudam hunc librum capite de cella & penu, quia alibi egimus de horreis.

De Cella & Penu.

C A P V T L X V I .

Glossæ, cellarium, penu, *καλάθης*, *penuarius*. Promus condus. Isidorus *lib. 15. cap. 3.* Cella dicta quod nos occultet & celet. Donatus ad Terent. *Adelp. act. 4. sc. 2.* Cella & cellarium à reponendis celandisque rebus esculentis & poculantis dicitur. Sed & cellæ gladiatorum, feruorum, scortorum, sunt angusta cubicula. Cellæ in diuersoriis cubicula. Petron. *Vos me hercule ne cellæ mercedem daretis fugere nocte in publicum voluistis lib. 41. ff. de legat. 1.* Cellaris locus celandis rebus. *lib. 17. ff. de aditis. editio.* Fugitiuus in cellam se recepit. Cellariensis cellæ præfectus *l. viii. Cod. Theodos. de offic. omn. iudic.* Sulpitius Seuer. *lib. 2. Sacra histor.* cellaria pro annonis publicis posuit. Martial. *lib. 11.*

Hinc cellarines experitur artes

Vi condat vario wafer sapore

In ruta folium Capelliana.

Plaut. *in Pseudolo.* Condus promus sum, procurator peni. Cella erat ut videtur pars prima Triclinij. Petronius, iam ad triclinium veneramus, in cuius parte prima procurator rationes accipiebat. Promus condus erat procurator peni qui patrifamini

trifamilias quotidie de nocte totius diei expensas & rationes afferebat. In glossis Isidori & in veterib. inscriptionib. dicitur Arcarius, dispensator, procurator, Atriensis. Sueton. de Galba, dispensatori breuiarium rationum adferenti paropidem leguminis pro sedulitate & diligentia porrexisse. Accipiebant igitur patresfamil. rationes inter coenandum. Scholiastes Iuuenal. ad Sat. 6. ratiocinium diurnum accipit in transuersa charta scriptum. Apuleius *Apolog.* 2. neget eam rationibus villicorum, opilionum, & equisonum solertissime subscriptissim. Vide l. 40.

ff. de statuliber. & l. 41. ff. de fideicommiss.

DE

DE CONVIVIIS LIBER TERTIVS.

PROLVSIO.

VT inter metalla nullum auro nobilium, inter liquores hominis vita vtile, nullus vino commodior, inter frutices nullus vite opportunior est. Plato lib. 2. de legib. εἰνος φάρμακον αἰδεῖς, ἣ φυῆς κτητούσι πεδίον, σώματος τὸ ὑγιέα καὶ ισχὺς: *Vinum medicamentum pudores datum esse, quo animus contineatur, & sanitas corporis, ac robur.* Ideo Homerus οἴνον Λίνορα, vinum quod viros bonos ac valentes faciat, appellat, *Odyss. 4. & Iliad. l. 19.* Ulysses ait Achilli,

ἢ δέ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεατήθη Θεός, οὐδὲ θεῶν,
ἀνδρέας μετρύεω πειναέει Θεός πολεμίζει,
Ζερσαλέον νῦν οἱ ἄντες ἐνὶ φρεσὶ, οὐδέ τε γάρ
πριν κέφυνται, πριν πάντας ἔρωπαι τολέμουσι.

Vir autem qui vino, ciboque satir, cum hostibus toto die pugnat, cor ei est audax in pectore, neque membra ante laborant, quam omnes prælio excedant. Aristophanes in Equitibus,

οἴνος οὐ πολὺς εἰς δηνύοντα λοιδόρειγις
οἴνος γὰρ εὐεργιστὸς τὸ περιπτηκάτερεγις;
ὅρες ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι πότε
πίνουσιν, μισθοπίνουσιν, γικοῖσιν δίνεις

Ἄδαιμονεσι, ἀφελέσσι τὰς φίλες.

Audes tu vinum incusare in consilium. An repereris aliquid vino efficacius. Vides homines cum biberint diuites esse, res confidere, lites obtinere, felices esse, innare amicos. Horat. lib. 3. Od. 21.

Tu lene tormentum ingenio admones
Plerumque duro, tu sapientium
Curas, & arcanum iocoſo
Consilium retegis lyao.
Tu spes reducis mentibus anxijs,
Viresque & addis cornua pauperi;
Narratur & prisci Catonis
Sape mero caluisse virtus.

Apud Xenophonem in Symposio Socrates ait, οὐ γάρ ἀρδέων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύτρας ὥστε ὁ μανδράρρης τὰς ἀπόρους κοιμῆσθαι, τὰς δὲ φιλοφρονίας, ὥστε ἵκανον φλόγα ἔχειρα, *Vinum irrigans animos agritudines sapit, ut mandragora succus homines, hilaritatem vero excitat, ut oleum flammam.* Tamen ut terra modice rigata germina erigit, nimium imbuta emaciatur, & sterilescit, ita & nimio vino animi offenduntur. Plato scribit, πόντα τὸν ἀνδρῶντον ἰλεύει, οὐ πεθερευεινδέσι, ἀγαθὸν τε ἐξάδειν, καὶ διωκειν πληράδες, καὶ ἀφοβιας. Εἴδως γάρ τε λαχεδαιμόνιοι ἀκρατοποτέντες ὅπλιζον, καὶ πέροις βεβλεῖον, virum bene potum, lenorem, ac tranquilliorum fieri, & bona spes, ac virtute impleri, metumque exuere. Quare & Lacedemonij cum merum biberint armanunt, & Persa inter vina consultant. Zeno dicebat, legumina amara cum maduerint dalcescere, ita & morosos cum biberint, quantum satis est amiceniori esse ingenio: nam plus iusto poti, res non gerunt, sed vina egerunt. Plato, μεντών καὶ εργάτης ἀναρτεῖ πάγια, πλοῖον, ἄρμα, στρατόπεδον, πόλιν.

Ebrinius

Ebrius gubernator euertit omnia, natum, currum, exercitum, urbem. Panyasis moderatum vini usum laudat,

Ἐγάρ μοι ζώειν γε μοκή βεγτὸς, εἰδὲ βιῶντας,
ἀγρέρποιο βιον παλαιόργυνθος ὅστις ἀπ' οὐρανού
θυμὸν ἐριπούσας πάντα ποτὸν, ἀλλο νεόφρων.
εἴνθι δὲ πυρὶ ἴσον ὀπικθονίοιστος ὕπειπα,
ἔσθλὸν, ἀλεξηγακον, πάσιν λιωτικὸν ἀστιν,
οἴνοθον μὲν ἐνατοῖον θεῶν πάρα δέσποιντον
πνόωμόνθον καὶ μέτεγνυ, νοτὴ μέτεγνυ δὲ χρεῖσθαι.

Non enim mihi homo vinere videtur hominis vitam mala tolerantis, qui stolidus, vino abstinentis, alia potionē vivitur. Vinum enim non minus mortalibus vtile est, quam ignis, bonum est, mala depellens, catus comes. Vinum à Diis donum est optimām, moderate sumptum, supra modum deterius est. Aqua temperetur vini ardor. Aulon.

Infantem nymphæ Bacchum quo tempore ab igne
Prodixit inuenientum sub cinere abluerant.

Ex illo Nymphis cum Baccho gratia multa est,
Sciunt̄ quod sit ignis, & vrat adhuc.

Euripid. in Bacchis,

—— βότευθον ὑγέων πόμα
εὗρε, δὲ πάντα τὸν παλαιόργυνθον βεγτὸς
λύπτις, ὅταν πληθῶσιν ἀμπελοὺς ρόης,
ὑπνος τε λίθων τῷ καθ' οὐρέαν κακῶν
δίδωσιν, ἃντας ἔστιν ἀλλο φάρμακον πάνων.

Bacchus inuenit vase humidum potum, quod sedat dolores miserorum hominum, cum replete fuerint vites liquore, & malorum quotidianorum obliusionem somno (malum τὸ πνεῦ τε) affert, neque aliud est malis remedium. Postea vocat παντούπον ἀμπλον, vitem dolorum sedatrixem. De vini variis effectis Isidorus Pelusiota

226 *De Coniuuijs,*
lib.2. epist. 109. ὅντες μὲν εὐδαιμονεῖς τὸν τὸν δὲ δυ-
κάνθεις, καὶ τὸν φίληκες, τὸν δὲ μαχήκες, καὶ τὸν οὐρά-
γες, τὸν δὲ θηλάσθεις. σίμαι τῶντα συμβάνειν ή ἀπὸ τῆς
σάματος θιασέσθεις, τῷ δὲ αἰνέσθε, η μετέβη ἀπὸ τοῦ οἴνου
τὸν εἰπτας τῷ τούτων συμπλομάτων, η ἀπὸ τοῦ λανθα-
νόντων τὸν πολλὰς τὸ ψυχῆς κινημάτων. *Vinum* alios fa-
cit mites, alios iracundos, alios ad amandum, quosdam
ad pugnandum pronos, nonnullos lenes, alios ferinos.
Existimo id prouenire aut à dispositione corporis, quo
vino causa eiusmodi affectuum augeantur, aut minuan-
tur, aut ab occultis animi motibus. Quia enim *vinum*
ex humidis solum mores facit, milcetur quodam-
modo moribus vtentium. Ad quemcumque enim
animi habitum se applicuerit, ostendit eiusmodi
affectus non eos efficiens, cum ante non essent,
sed occultos in apertum trahens. Simulatos enim
mores detegens, nudat, ac demonstrat quod latue-
rat. Vnde vulgaris adagio, *In vino veritas.* *Vinum*
aqua miscendum. Diodorus Siculus *lib. 4.* Inter
epulas cum merum affertur dicunt, boni dæmo-
nis, post cenam cum datur aqua mixtum exclama-
mant, Iouis seruatoris. Φύσις ἀκρατον μανιάσθεις ἀπο-
τελεῖν, merum enim furorem animis injicit. Veteres
vni cyatho vini tres aquæ affundebant. Hesiodus
lib.2. operum,

τοῖς δύστοσος περιχέεν, τῷ δὲ ἔτερον ιεῦχῳ οἶνος.

Vinum autem lexitiam facit. Apud Plutarch. *Sympoſ. 4.*
 οἵδις τε πίνειν οἶνος ἀφεοδίτης γάλα.
Iucundum vinum, & suave potu, lac Veneris. Varro:
 Vino nihil iucundius quidquam cluet, hoc conti-
 nent coagulum coniuia, hoc hilaritatis dulce
 seminarium, hoc ægritudinem ad medendam in-
 uenerunt.

Lib. III. *Prolusio.* 227

Ω πᾶσι τοῖς φροντιστοῖς περιφρίσατε
 δύνασθε, καὶ σφόδρατε, ὡς οἵδις τοῖς εἰ,
 ζήταν ταπεινὸν, καὶ μήτην ποιῆσι φροντίν,
 μόνος δὲ σέρπις αἰσχυντα συμπειθεῖς γελάτι,
 τότε τὸ ἀδενῆ τοιμῆν π, δὲ δεῖλον θραύσι.

O omnibus sapientibus carissime Dionysie, & sapientissi-
 me, quād suauis es, cūm humilem spiritus alte tollere in-
 beas, solus persuades ut seueri supercilia tollentes rideant;
 imbecilli audent aliquid, timidi, sint audaces. Sotion
 scribit, οὐδὲ κλεπτοῖς χρύσειν έχει, οὐδὲ ζήταν τοῦ θύμα-
 τος πών, τὸ οἴνον τῶν ἄρχων καὶ φέρει, *Apud Clitorios fon-*
tem esse, cuius aquam qui biberit, vini odorem non
ferat.

Φεῦγε δὲ ἐμπέλιον περιθέλιον μελάντεον
 λεύσθιμος λύστεος περιπτέλος ἀργαλέον
 πάντα καθαριόν ἔκοψεν ἀπόβρυσον.

Fuge meum fontem vini ac vitis oīorem, ubi Melampus
 cūm lauisse Proetiidas, ac furore diffīcili soluissest, om-
 nem purgationem abscedit occultam. Gell. *lib. 13. cap.*
 ultim. Varro, nouum vinum refrigerare ait, vetus
 calefacere, medium esse prandium caninum, id est,
 vinum quod neque nouum, neque vetus sit, non
 esse vinum, quia canes vinum non bibunt. Pran-
 dium item caninum dicitur in quo vini nihil est.
 Plaut. in *Tricul.* Ignoscas quod vini vitio fecerim.
 In mutum culpam confers, quod nequit loqui,
 nam vinum si fabulari posset, te defenderet.

Non vinum hominibus moderari, sed vino homines
solenτ.

Qui quidem probi sunt, verum qui improbus est
Aquam si biberit, sine adeo caret temeto, tamen ab
ingenio
Improbis est.

Idem ibidem,

Blea & lutea est mulier, nisi que sapit in vino ad rem suam.

Si alia membra vino madeant, cor sit saltem solum.

Vinum senibus utile est, pueri, foeminæ, iudices, magistri nauis eo abstineant. Plato lib. 2. de legibus, τὸς παιδαρίου μέχει ἐπὶ δέκα ἡ ὁκτώ τὸ ὕδησμον οὐρα μηδεδύει, αἰς ἐχει πῦρ δηλοῦ ἐχετέλειν εἰς τὸ σῶμα, καὶ τὰς λυχνίας, μηδὲ αὖ καθερότας, μηδὲ ἀγρυπτὸς ἐπεργάσεις οὐτες οὐρα γέδει, τὸ ὕδησμον, ἐδί ὁς βαλδοὺς μηδεὶς θελειούς εἶχεν πνεῦ λόγος σωτῆρος). Pueros ad annum etatis decimum octauum omnino vinum non gustare, quia non oportet ignem igni addere, anima & corporis, neque magistros nasiū, neque iudices qui in actu versentur, neque ij qui in consilium maioris alicuius negoti vocantur. Aristoteles lib. 1. econom. cap. 5. scribit Carthaginenses in bello abstinuisse vino, ἀπέχοντες οὐρα δηλοῦ στατᾶς. Aelian. lib. 2. variae hist. Lex Massiliæ, & Miletii γυναικες μὴ δηλεῖν οὐρα, ne mulieres vinum bibant. Idem Romæ seruatum, ubi iuuenes ad annum 35. abstinebant vino, μηδὲ ἀρχαριούτων οἱ ἀρχαριούτων μέχει πέντε, καὶ τελεούτα εἴκοσι. Zaleuci lex fuit apud eundem lib. 2. cap. 37. εἴποι λοκρῶν νοσῶν ἔπειρον οὐρα ἀκρατη μὴ περιστέλλει. Τοῦτο δε περιστέλλει, εἰ καὶ περιστέλλει δύναται. Λιβ. 3. αὐτὸς οὐρα. Si quis Locrensum agrorutus bibisset vinum aqua non mistum, non imperante medico, licet convallis, ut morte multaretur. Apud eundem lib. 3. τάχαροι εἰς οὐρα ζῶσι, καὶ εἰ μόνον εἰς πόμα καταχέαντες αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τὰ χειράκατα. Tapyri populi vinunt in vino, & non solum eo vinuntur ut bibant, verum & ut se lauent, & ungant. βυζάντιοι δενδρος οὐρόφλυτες εἰσι, καὶ εἰ τοῖς

γεπτικάσιοι ἐνοικοῦσι, καὶ τοῦ γυναικῶν τοῖς ἔτεοι περιστέλλονται, Byzantij vini sufficiissimi sunt, & in popinis habitant, & hospitibus uxores suas producunt. Leonidas popinas in moenibus posuit, ne in obsidione ea defererent. Thracæ, Scythæ, Thebani, Argiū mānū οὐρον δενδροτος, & Illyrij bibacissimi sunt. Adeo, si lubet, Flandros, Gallos, Britonas. Homerus Odyss. φ.

οὐρας οτε τρώει μελιτιδής, οὔτε γῆ ἄλλες
βαστήρι, οὐδὲ αὖ μητράνδρον ἔλη, μηδὲ αἰσθατα πίνει,
οὐρας ηγέτης εὑρετικον εὐρυτερα
ἄστρον εὐ μητράρι μεταδύνει πινεδόντος,
οὐδὲ λαπίδας ἐλένον τ', οὐδὲ δηλι φρίνας θάστερον οὐρα
μανόνδρος κακού ερεζε δόμους καὶ πινεδόντος.

Vinum te ledit dulce, quod & alios ledit, qui modum in bibendo non tenent. Vinum lexit Eurystionem inclitum centaurum in domo magnanitni Pirithoi ad Lapithas profectum, ille postquam vino animum perdidit furens in domo Pirithoi mala fecit. Quid mirum si vinum hominibus immoderate sumptum noceat, cum & bruta leui attacitu vini concidant. Aelian. lib. 2. var. κόπαρες οὐρεῖται βοτάνης ὅταν φάγωσι, η οἱ κυνες βοκχάντοι, πίπηραις δὲ εἰς οὐρα πάσαις η πέπεραις & ἀλκην δηλανδεῖν), ἀλώπεκαι & παντερίαις, Corsini αειντατη herbam ubi comedenterint, & canes furunt, simius & elephas vino peto, alter roboris, alter solertia oblinisicitur. Vinum loquaces facit. Plaut. Cistellaria. Quia sum onusta nunc mea ex sententia, quæque adeo me compleui flore Liberi, racete neque misera quod tacito est mihi, ait lena. Horatius,

At ne quis modici transfiliat munera Liberi
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata, monet Sithoniis non leuis Enim,

Cum fas atque nefas exigo sine libidinum
Discernunt audi. Non ego te candide Bassareu
Inuitum quatiam.

ait Horatius. Nō temere igitur Diogenes Cynicus vinum largius datum cùm effudisset dixit, οὐδὲν αὐτὸν ἐπιστρέψει, εἰ μόνον αὐτὸς ἀπολλύῃ, ἀλλὰ καὶ τοι περιουσίας. Si poculum hoc bibero, non solum ipsum perit, sed et me ipsum perdit. Ouidius lib. 4. Metamorph. de Baccho,

*Quacunque ingredeleris clamor iuuenilis, & una
Fæmineæ voces, impulsaque tympana palmis,
Concauaque era sonant, longoque forumine buxus,
Quem circum Tigres, simulacraque inania lyncum,
Pictarumque iacent fera corpora pantherarum.*

Voluit hoc inuolucro significare homines ebrios in feras migrare. Romæ per initia fæminæ abstemiatæ. Tertullian. in Apologet. Cùm mulieres usque adeò vino abstinerentur, vt matronam ob resignatos cellæ vinariae loculos sui inedia necarint. Sub Romulo verò quæ vinum attigerat, impune à Menetio marito trucidata est. Idcirco & oscula propinquis offerre necessitas erat, vt spiritu indicarentur. Vinum corporis vires debilitare ostendit. Hector lib. 6. Iliad.

μή μοι οἶνον ἔστε μελίφρονα πότυνα μήτης,
μή μὲν ἀπογυώστης, μένεος δὲ ἀλλοῖς τε λάθονται.
Ne mihi vinum suave præbe, mater veneranda, ne me
debilitas, & obliniscar roboris ac impetus. Apud Laërtium Anacharsis ait, πλω ἀπολον τεῖς φέρει βότος,
περὶ τοῦτον οὐδοῦς, περὶ τοῦτον μέσος, περὶ τοῦτον ἀνδρας,
Vinem ferre tres uas, primam voluptatis, alteram
ebrietatis, tertiam fastidiij. Idem dixit mirari se quo-
modo Græci in principio conuiuij patuis pocu-

lis,

lis, in fine magnis se inuitent. Rogatus an essent
inter Scythes tibiæ, dixit non esse vites, quasi ne-
mo ad tibicinem salter, nisi ebrius. Modus in om-
nibus maximè in vino, optimus. Theognis,

ἀρχοντος ἄνδρες ὅμως, οὐ σώφρονος οἶνος, ὅταν δὲ

πίνεται τοιούτος τὸ μέντον κέφαλον ἔδηπε. νόον.

ἐν ποεὶ μὲν χρυσόν τε οὐ ἄργυρον οἴνους ἄνδρες
μηδενός, ἀνδρὸς δὲ οἶνος ἔδειξε νόον.

καὶ μάλα περ πινετος.

Vinum, viri prudentis, & imprudentis animum leuita-
te implet, si ultra modum bibatur. In igne aurum &
argentum periti viri cognoscunt, vinum autem viri in-
dicat mentem, etiam valde prudentis. De bibacibus
Poëta,

εἰ τίνος μένον βαστάζειν οὐδόποτε μὲν ἔδυτες
οἶνος οὐ φεύγοντας εἰς ἀργούσιον ἀνακαλλεῖ.

Qui ranarum instar nibil edemus bibunt. Vinum ex
sapiente facit insipientem. Habet tamen vinum eam
vim, vt ægritudines animi detergat, somnum
conciliat, dolores sopiat. Homerus Odyss. ξ. vbi
Vlysses dicit Eumolpo,

— οὐ θεοὶ γὰρ ἀνάγει
ιεος δέ τοι φένκε πολύεργον, περ μάλα ἀτίου,
καὶ δὲ ἀπαλὸν χαλκον, καὶ τὸ ὄργισμαδε ἀρίκεν,
καὶ τὸ ἔπος τετέλεκεν, ὅπερ τὸ σῆρπτον ἀπικονον.

Vinum iubet lene quod sapientem canere compellat, &
tenerum ridere, & saltare, & dicere verbum aliquod uti-
que quod melius non dici esset. Quomodo vitis alios
erigere, aut sustentare posset, quæ egeat erigente,
alioqui humili serperet, cum egeat tibicine quo su-
stineatur. ἀπολεθρόπος οὐ τείχος ουδικότερος, οὐ κέραμος
ἐνίκει, εἰ γέδει οὐτὶ μετὰ τὸ ισανδρός ἀρκεῖ, ἀλλὰ δὲ
πολλῆς φανερίας. οὐατερ γὰρ οἱ μεδύοντες ἀλλοιον ἀνέχουσι

χερσὶ, καὶ ἀποσῶσι βονθύντες, οἱ δὲ κατέπεσσιν, οὐ ποὺς
ἢ ἀπλότεροι δεῖται τῷ ὅρθωσάν τους, καί μετὰ τὸ ποκεῖδης δεῖ
καὶ χεράκας, οἷα γὰρ τὸ ἐπαπτὸς φύματος οὐδεὶς θέτει
φύσιν· ἀλλὰ γὰρ οὐνόποτες οὐδὲ πίνοντας, πάντα αὐτὸν
τεπονθεῖται τὸν τὸ φύσιον. Καὶ τοιούτῳ τρόπῳ γνωμόδῳ τοιούτῳ
vel parietes colligare, aut regulam ferre queat, si ipsa per se stare, &
erigi non potest, sed multo subfido eget, ut enim ebrius
aliorum manu sustentantur & si auxilia abscedant
ipsi in terram per se defluunt, ita & vitis eget eri-
geniibus. Scalas, & vallos subiungere oportet: forma enim
sua ostendit naturam virginis. Quae enim vitis facit
bibonibus, ipsa id ipsum à natura patitur. Tamen
Anacreon de se canebat,

Ἐταν πίνων τὸ οἶνον εὖθεσσιν αἱ μεσημβριαι
πίνουσι τόγνων, πίνουσι γάρ, πίνουσι μέλι μεσημβριῶν
Σαενῆ με δέ καὶ μὴ μή θέλω.

Cum vinum bibo dormiunt cure, quò mibi labores, quò
gemitus? quò mibi cura? mori me oportet licet nolim.
Apud Athenæum οὖν θυγατέρων τοῖσιν ἐλκωθεῖσιν ὥρθειν
ἔχει. Diocorides of παλαιοὶ οἶνοι περὶ σανόματα θυ-
γατέρων δηπτήσιοι οὐδὲ προτερεῖσι οἰνοπηγεῖσι δηπτηδηδοῖοι·
καλαντλέντεν ὥρθειν περὶ τὸ θηλεάδην ἔλκειν. Vina ve-
teria ad vulnera, & inflammaciones vtilia cum lanis
succidis & sordidis imposita. Hauriuntur vtiliter ad-
uersus ulcera fera. Vnde & Pythia iussit Athenien-
ses πνεῦν δίνουσσιν ὑγιάτων, ηγαγεῖν. Apud Athenæum
lib. 2. Medici autem arbitrantur nulla re magis homines viribus, & ipso statu, ac proceritate minui,
quam vino. Galli olim cum zytho, & lacte vteren-
tut valido corpore, & procero erant, Afri quia
vino ab ineunte ætate vñi, erant pusilli, hodie Afri
quia zytho, aqua, lacte vtuntur procero statu
sunt, Galli quia vino, cotidie aliquid de statura
deiciunt.

deiciunt. Vinum enim genitale semen in parenti-
bus adurit, & exsiccat, neruos debilitat, ossa
pueris aridiora efficit, quam vt crescant, & au-
geantur, tum quia austrius est, stomachum dul-
cium appetentem cum quo diu luctatur debilitat,
& vix tandem in stomacho dulce euadit. Omnia
enim acria, & austera potius medicamenti, quam
alimenti loco habenda sunt. Ideo Romani melle
vina emendabant. Horatius,

*Aufidius forti miscebat mella falerno
Mendoza, quoniam vacuis committere venis
Nil nisi lene decet, leni praecordia mulso
Prolueris mulsum.*

Liulia Augusta annos 82. quos vixit, vino Pucino
tenui, & dulci retulit acceptos; alias apud Augu-
stum mulso.

De Vino.

C A P V T I.

Vino ad excitandas vires si modicè sumitur ni-
hil opportunius est, ad furorem, & morbos,
si præter modum, nihil potentius. Eratosthenes,
οὖν θυγατέρων τοῖσιν ἐχει μελότε, εὗται
κυριάρχη δι' οἴα λίθουσσα ἀλαζόνης, οὐδὲ πότε, τὸν κεκρυμένα πάγνια φανέντειν, εἰπε δὲ ἀνδρῶν πάγνια εἴνεται. Vimum igni aequalēm virtus habet, quando in ho-
minem venerit, agitat autem sic cui Boreas mare Liby-
cum, aut nothbus, omnia occulta ostendit funditus, &
hominibus mentem excutit. Ideo quæ peccantur in
vino obliuione sepelienda sunt. Plutarchus πο-

δονύσων γέρθηκε, καὶ λίθιον συμβαδεῖστο, ὃς μὴ δέον μηκούδιεν ἦτο εἰς οἴνῳ πλημμελανθέντων, ἀλλὰ γεθεσίας παιδίκης δεούμενον. Baccho virgulam, & obliuionem consecrant, quod meminisse eorum non oporteat; qua in vino peccata sint, sed puerili verbere admonere. Modus in vino tenendum est. Xenophon in Symposio, τὸ εἰ τῇ γῆ φύσειν, ὅταν μὲν αὐτῷ ὁ θεός ἐσπάστη, εἶπεν, εἰ μωρὸν ἐργάζεσθαι, ἔτε τοῦ μωροῦ διατηνέσθαι, ὅταν ὅσῳ δέηται ποσθτον πίνει, καὶ μάλα ὅρατε μῶξεν, καὶ διλλογτα ἀγνοήται εἰς τὸν καρπορούιαν. Quare in terra nascuntur si nimio imbre potantur erigi, aut aura perflari nequeunt, si quantum satis est bibunt & erepta augentur, & florēnt, ut fructus edant. Bacchus dicitur Βικέρπαυς Θεός, ait Phornutus, ὅτι οὐρανὸς ποτε τὸ σώμα δισχεύει, quia vinum duas fores ori addit. ρυντέλιος vocatur, quia aperit arcana, μόρυχος, quia μορύζει, inquinare solet. Aqua autem vini vis compescenda est: ideo Bacchus à Nymphis lotus dicitur. Athenaeus in fragmentis, Græci τῷ μὲν δεῖπνον κακαράνθῳ πρώτῳ περσεσθεμένῳ ποτηρίῳ διὰ ποτηρία περσελεῖσαν, cùm post cenam primum poculum aqua mixtum datur Iouem fernatorem innocant, quod conuiuio pluuiā ingruente relicto cùm rediissent, vinum imbe madidum innoxium experti sunt. Fœminæ vino abstineant. Romæ matrona quodd loculos in quibus essent claves vinariæ cellæ resignauisset, à suis mori coacta est. Apud Val. Maximum lib. 6. Egnatius Metellus (aliis dicitur Menetius) vxorem quod vinum bibisset è dolio fuste interfecit, & à Romulo absolutus est. Plutarchus lib. de Iside, Sacerdotes Ægyptij vinum non bibunt, quia putant esse αἴσια γηγένειαν πολεμηστιν των θεών, Sanginem gigantum, qui cum diis bellarunt. Tum quia τὸ μεδύειν ἐφεγγεῖται ποτε, καὶ

πρεπολῆς, Ebrietas furiosos & lymphaticos facit. Lacones in Ilotis discebant quām turpe sit vino madere, εἰ τοις μεδύειν καθεύανθανον ὅσον αἰցον. Vīnum autem spiritus inanes addit, & animos præter rationem auget. Ideo Pausanias pag. 102. Lacoñes Bacchum Ψίλαν, id est, alatum, vocare ait, quia Ψίλα. Dores πτερά dicunt. ἀνθράτος ἢ οὐρανός ἐπιπέρη, καὶ ἀναντίζει γηγένειαν. Hominibus vinum cornua addit, eos attollit, & animum leuem facit. Sed mediocriter sumptum iuuat. Quare qui vini vīsum dominant, ipsi dominantur. Clemens lib. 2. cap. 2. Pædag. Vino abstinent Encratitæ. S. Gregor. Nazianzen. οὐρανόθεος ἵεροις ἐκλερονότος Θεός. Οὐλα γὰρ εἰσφένεια πάνυνος φύσια. Vinum excitatio est perturbationis deficientis. Materia enim influens, roboratflammam. Zaleuci lex, Άeger si vinum biberit sine iussu medici, licet conualuerit moriatur. Carthaginenses magistratus tempore à vino abstinent. Persæ adolescentes etiam natali die vino temperant. Cretenses, Lacedæmonij, Carthaginenses militibus interdicunt vino, ait Xenophon. In India mulier quæ temulentum Regem occidit successori nubit. Romani iuuenes ante 35. annum vino abstinent, ait Ælianuſ lib. 13. cap. 11. varie. Qui rebus sacris operantur vino abstinere debent. Lenit. 10. Dixit Dominas ad Aaron, Vinum & omne quod inebriare potest non bubes tu, & filii tui, quando intrabis in tabernaculum testimoniū, ne moriamini! Numer. 6. Vir siue mulier, cùm votum fecerint ut sanctificarentur, & se voluerint Domino consecrare, à vino & omni eo quod inebriare potest se abstineant. S. Epiphan. pag. 17. Panar. Seuerus hæreticus vitem ex eo serpente qui Euam deceperat esse natam aiebat. τὸ οὐαλυὼν, ἀπελός

πελός έστι σφεως δίκιος, λόγη ἀμπελὸς ὡς τοῖς, μέλαινα
ὡς δράκων. Εἴ τοι τὸς πόνος τὸν ἀμπελὸν ἔσται τὸν πατρὸν,
μήτρας, θάτο τὸν κυκλοειδέα, τὸν δὲ οἶνον θεοῦ τὸν νοῦν τὸν ἀν-
θρωπότητος. *Vitis ut serpens inaequalis, & tortuosa est,*
alba ut anguis, nigra ut draco. *Acini sunt quasi veneni*
guttae ob rotundam formam, vinum polluit hominis
mentem. Ideo Seueriani abstemij. Solonis lex apud
Laërtium, ebrium prætorem morte mulctari iubet.
Pittacus temulentos si quid delinquissent bis mul-
ctauit, & quia plus æquo biberant, & quia delin-
querant. Apud S. Chrysostomum quemadmodum
urbē capta omnia tumultu fremunt, ita & animus,
si viño captus est, omnia tumultu implet. In fidi-
bus eæ magis sonoræ sunt, quæ magis rasæ, ini-
nus sonant pinguiores, ita & in hominibus abstemij
magis consonant, pingues & luxu perditæ semper
dissident. Sicuti autem febre sedata, manet
imbecillitas, & vestigia febris, ita & ubi quis
crapulam edormiit, capit is vertigo, & cruditas
manet. Asinus & canis nunquam plus iusto bi-
bunt, ne asino inferior esto. Misce aquam vino,
quia, vt docet vetus Poëta,

αἱ νύμφαι τὸν βάκχον, ὅτι ἐκ πυρὸς ἤλειψεν ὁ κύρος,
νιταντοὺς τούτους ἀρπα τυλιόμενοι.
τένεται αὐτὶς νύμφαις βρόσως φίλος, πῶν τοις εἰρυγή-
μοσχαῖς, δέξεν πῦρ ἐπι κακούλησον.

*Nymphæ Bacchum quando ex igne puer exsiliit laue-
runt super cinere matris exusta adhuc voluntatum.*
Quare cum Nymphais Bromius gratus est, quod si eum
*aqua misericri prohibeas, accipies ignem adhuc flagran-
tem.* Non ita terræ vexantur nimia aqua, vt corpus
nimio vino. Ebrius viuens mortuus est, quia do-
mi forisque inutilis, aspectu grauis, gestu ridicu-
lus,

lus, dæmon est voluntarius, morbus veniam non
habens, ait S. Chrysostom. *homil. 1. ad populum*
Antioch. Androcydes Alexandro dixit, vt euna ab
ebrietate abduceret, vino parcendum, quia sit
sanguis terræ, γῆς αἷμα οὐδὲ οἶνος. ineptè. Ne-
que enim vinum terræ sanguis est, sed ebrij se-
pe terram humano sanguine imbuunt, quod Ale-
xander ipse fecit, Clyto amico interempto. Be-
ne igitur Amphictyon, qui εὐθὺς Διονύσος βαρεὺς ἴ-
πατε, recti Dionysij aram instituit, in templo
horarum, & primus aquam vino miscuit. Par-
dales Bacchi nutrices vino efferatas fingunt, vt
vinum furorem facere ostendant. Venatores fon-
tem notant unde pardales bibunt & obstruunt.
Vinum infundunt, & pardales ebrias capiunt
ac vinculis ligant. Vinum οἶνος dictum volunt,
ὅπερας τὸν νοῦν ἐμπίπλε, Quia visis fanaticis
animum, & vanis opinionibus implet. Apud
Platonem primus crater ψήσιος sanitatis, secun-
dus amoris ἐρωτείας, tertius ὑπνος somni, quar-
tus ὑπερβολὴς contumelias, quintus βούτης clamoris,
sextus κάμψις comessationum, septimus ὑπαντίων
ictuum & contusionum, octauus μανίας furo-
ris. Ruminæ δύοι γάλα, sacrificant lac Romæ,
ait Plutarchus, quia pueri abstemij esse debent.
Vinum, & vites auspiciati aliquid habuisse putan-
tur. Vinum album Taciti purpureum factum au-
gurio imperij fuit. Maximini filius vites insti-
tuit quæ vuas purpureas tulere. Astyages ex vetero
filiæ somniant exortam vitem, quæ totam Asiam
inumbaret. Vitis Belisarij ante Libycam expé-
ditionem vim racemorum immenisam produxit,
vinum è pæculo ter exundauit, & toties lacum
effecit,

effecit, ait Procopius. Auguria erant imperij & victoriæ. Cum Preteianes in Æthiopia rex creatur, vitis sicca emittit pampinos, & vuas ipsa hyeme. In Arcadia fons est μωάπελος odium vini afferens, velim eum esse in Germanis ut vinum oderint! Vinum intus calefacit, foris refrigerat. Primum poculum Gratiis, alterum Veneri, tertium ἄτη seu noxiæ sacram esse aiunt. Agesilaus Rex conuiuj creatus ait Xenophon, si parum vini esset omnibus ex æquo admetiebat. Si multum, quantum quisque vellet, bibebat. Regius lyricen peccata sua deflens potum suum cinere, & fletu miscerat. An cinerem illum ex sarcimento esse putas qui ex vino potus morsum canis sanat, ut Constantinus docet in Geoponic? Philippus Macedo spongia Demostheni dictus est quia bibax, ut & Bonosus Imperator Amphora suspensa. Tiberius Nero, Biberius Caldus Nero vocatus. Dionysius Tyrannus ebrio maledico pepercit. Miles qui de Pyrrho inclementer dixerat, causam rogatus, plura, inquit, in te, & inclemtíiora dixísem, si plus vini fuisset. Areopagitæ popinones puniebant, idque merito, quia quod temporis reipublicæ impendendum fuit, luxui impenderent. Vinum autem nouum refrigerat, vetus calefacit, nigrum virus, album vrinam ciet, κίρρον, gilnum, τέλιον efficit, ut scribit Varro. Athenis erant οἰνόποιαι, δρυελαιoi, μηνιμονε, qui obseruarent quæ inter vina fierent, punientque. Romæ modimperator, dictator, Rex, qui modum biberdi diceret, de quo Horatius,

*Quem Venus arbitrum dicit bibendi.
Nec regna vini fortiere talis.*

Catul

Catullus,

Ut lex Posthumia iubet magistra.

Olim dictum,

Aut bibat, aut abeat.

In caput Empedoclis, quia bibere detrectabat, vinum fusum est. Ille petulantes reos peregit. Domitius matrem familias dote multauit, quia plus vini biberat, quam valetudinis causa. Quid faceret hodie, vbi foeminæ viros bibendo superant. Cicutam bibebant in compotationibus ut cogarentur vinum largius obducere, aut oleum, ut vorarent. Vinum aliud erat protropum, quod sponte fluenter, aliud tortuum, apud Varronem. Massiliae, Romæ, Miletii foeminæ vino abstinent, iuuenes ad annum usque tricesimum, ait Ælianus in varia. Elephas, simia, pardalis vino feritatem, & calliditatem ponunt. In Arcadia vites quædam reperiuntur, quæ foeminas fecundas, viros rabisos faciunt. Mula vino pota non calcitrat. In epulis poculum primum Mercurio, alterum Gratiis, tertium Ioui seruatori positum aiunt Atheneus, & Eustath. Alij ita definiunt, primum poculum Ioui olympio, alterum Herculi, tertium Ioui οὐρανοῖ. In Azania Arcadiæ regione fons est, cuius aquam qui gustauerit, ne vini quidem fert odorem. Clitorius fluvius odium vini parit. Quæ noctuæ Baccho exosa, quia infantii odium vini generant. Vina noua olim non gustabant nisi hymene exacta, mense αἰδεσκεών, Maio, quem diem vocant ἀχεβὲς θείου Θεοῦ, παντοία, ωντούρον εφίν ή τείν αποστένθυτες, ἀβλαβή ωντούρον αύτοῖς τε φαρμακαὶ θείου θείδης, Boni demonis, & dolia aperta, roubabant priusquam biberent libantes, ut vinum ipsis esset innoxium,

xium, salutare, loco medicamenti, ait Plutarchus, quia putarent, πάντων δεινῶν μηδέπολιν ἔχει οὐδὲν, *Omnium malorum vinum metropolim esse, apud Athenæum.* Ideo apud Philostrat. lib.3. de Apollon. τῷ βρέφει τῷ γαστρὶ οὖν, Infantī antequam vinum gustet, ouum noctūae comedendum dabant, quia odium vini conciliat. Vetus verbum est, οὐ γάρ οὐκ εἶχε παῖδες. *Vinum gubernaculo caret. ἀκροτόν, bimacates dicti, βασικάχωρον φέρετ, rane vinum affundit.* Vites quædam nobiles fuere. Vitis aurea in templo Solomonis, quia Deus populum suum vineam Sorec vocat. Vitis aurea Xerxis sub qua Salaminiū præclitum spectauit. De nimio vini potu veteres, μελέτη μανίας μέθη, meditatio furoris ebrietatis. Nihilo minus Athenis ἄγαλμα θούσιον ἀστέλλει, quia vino prudentia augetur, simulacrum Dionysij proximè Mineruam erat. Contra vetus Epigram.

πάλλαδος εἴμι φυτός, βερμίς πήμε θλίβετε ράνες;
αἴρετε τὸς βόδρας, παρθένος καὶ μεθία.

Palladis sum arbor, car me premitis Bromi ramī. aufferte uvas, virgo cum sim, non inebrior. Athenæus lib.10. οὖν γάλα ἀφροδίτης, vinum lac Veneris. Darij sepulcro inscriptum, πολυπότης ὁν τὸν ιμεδονιον. Bibebat plurimum, & non inebrabatur. Ad poëticam vinum facere putarunt. Athenæus lib.2. θούσιος Εροι εἰ μέσοι. *Musa Bacchi nutrices, quia*

*Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Profiluit dicenda.*

Venus Baccho infensa est. Plutarchus in Romæic. veneralium ἑορτῶν ἕνθροντες ἑορτήσαντο, οὐ πολὺ οὖν ἐνέχεσσι εἰ τὴ εἱρῆ & ἀφροδίτης, Festum veneralium abstemij celebrant, & multum vinum ē templo Veneris effundunt, quia vinum ad Venerem parum commodum

modum, vt minimum aqua vinum temperetur. Athenæus lib.1. ή πάντες πίνειν, ή τελα, ή μὴ τελαρε, aut tribus aqua partibus duas vini affunde, aut duas bus aqua unam vini, aut tribus aqua ne unam vini. Quod docti qui in Prytanæo dominantur faciunt. Vini medium optimum esse existimat Plutarchus Sympos. 3. cap. 2. Τὸ πῦ οὐν τὸ μέσον, Τὸ ἐλατὸ τὸ ἐπάγω, Τὸ μελῖ Τὸ τὸ γέ τὸ γίνεται βέλπον. *Medium vini, summum olei, ium mellis optimum.* Ita tamen vt in vino Herculis Scyphus repudietur. Apud Athenæum lib.11. Herculeus Scyphus quem in extrema mensa plenum ebibeant, quo epoto mortuus Alexander. Denique Plato audiendus lib. 2. de legib. τὰς παῦδας μέχεις ἐπὶ οἴκῳ, η δέντα τὸ σεξιπτα οἴκε μὴ γάλας, θεάσιοντες εἰς τὴν πῦρ ἐπὶ τὸ πῦρ ἐχετέλλειν, εἰς τὸ τὸ σῶμα, η τὸν ψυχὴν, φρίσει τὸ τὸ πόνος ἐχεπεῖν. Qui monet pueris abstinentium vino ante 18. annum, quia ignem igni addere nefas, ne omnia conflagrent, priusquam anima & corpus ad labores obdurerint.

De Vino veterano.

C A P V T II.

VIna veterana fuere in pretio. Seneca lib.4. Nat. quest. cap. vlt. Quoniam non contenti vina fundere veterana, & per sapores ætatesque disponere. Apul. Miles.2. Vinum vocat in ætate pretiosum. Seneca cap.17. lib. de vita Beata. Cur apud te vinum ætate tua vetustius bibitur. lib.3. ff. de legatis 3. Dari volo lagynos vini vetusti 150.

Q q q q lagu

242 *De Coniuinijs,*
lagunam veteres, lagēnam, λάγων Græci dixere.
Vinum vetus amaruim. Catullus, *Ingere mi calices*
amariores, quia ex Seneca ep. 64. In vino nimis ve-
teri ipsa nos amaritudo delectat. Ouid. lib. 2. *Artis.*

*Qui properant nona musta bibant, mihi fundat
autum*

Consulibus priscis condita testa merum.

Lib. 5. *Fastror.*

*Quaque puer primis quondam diffuderit annis
Promit fumo condita vina cado.*

Statius lib. 4. *Sylva 6.*

Vinaque perpetuis aeo certantia fastis.

Lucan. lib. 4.

Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus.

Lib. 10.

— — — *merum non Mareotidos vne*

*Nobile, sed paucis senium cui contulit annis
Indomitum Meroë cogens spumare falernum.*

Vina ut ætatem ferrent in testis picatis, gipsatis
afferuabantur. Marcellus *de medicam.* Operculo
superposito & clauso, vel gypsato diligenter de
argilla. Porphyrio ad *Oden 30.* lib. 1.

Graca quod ego ipse testa conditum leui,
dicit hoc vinum per semetipsum inueteratum.
Leuisse ergo se gypso. Columella lib. 1. R.R. cap. 6.
Vinum celerius fumo maturescit; sed, auctore Plinius
lib. 25. cap. 1. insaluberrimum est. Statius lib. 4.
Syla. 8.

Albanique cadum sordentem promere fumo.

Plinius lib. 14. cap. 14. Apothecas fuisse & diffundi
vina solita anno 633. Vrbis appetet in consulatu
Opimiani vini argumento. Deleo in *Consularu c. 4.*

Luc. Opimio cōsule cum Caius Gracchus seditione
nibus

Lib. III. Cap. II. 243

nibus plebem agitans interemitus, ea cœli tempe-
ties fulsit quam coëturm vocant, solis opere, na-
tali Vrbis 634. durântque adhuc vina ducentis fe-
rè annis iam in speciem redacta mellis asperi.
Etenim hæc natura vini in vetustate est, nec po-
tari per se queunt, si non peruincat aqua, usque
in amaritudinem carie indomita. Ante Opimum
diffundebantur si auditur Iuuenalis Sat. 5.

Ipsæ capillato diffusum consule potat.

Martial. lib. 1.

*Testa sed antiqui felix siccatur Opimi,
Egeris & nigros Massica cella cados.*

Platitus Pœnolo,

Ibi tu videas literatas fictiles epistolas

Pice signatas, nomina insunt cubitum longis literis.

Petronius: Allatæ sunt amphoræ vitreas diligenter gypsatæ, quarum in ceruicibus Pittacia erant affixa cum hoc titulo, Falernum Opimianum an-
norum centum. Apothecas vini vocabant horrea.
Horat. lib. 4. Od. 12.

*Nardi parvus onyx elicit cadum,
Qui nunc Sulpitijs accubat horreis.*

Vide Columell.lib. 1. cap. 9. Amphoræ & testæ plæ-
rumque Samiæ, aut Cumanæ erant. Horat. lib. 3.
Od. 14.

*Spartacum si qua potuit vagantem
Fallere testa.*

Aliud autem erat vinum doliare, aliud defusum.
Doliare nouum in dolis ligneis, defusum ad ve-
tustatem in testas, serias, amphoras, dictas defun-
debatur, & fumum bibebat. lib. 3. Od. 21.

O nata necum consule Manlio,

— — — *Pia testa,*

Q q q 2

Quo

Quocunque lectum nomine Massicum

Seruas,

Descende, Coruino iubente,

Promere languidiora vina.

Descendebant ex cellis superioribus cum fumum bibissent. Testæ pice oblineban tur intus, & ipsum foramen quod vnicum in summo fuit pice obstringebatur.

Corticem astrictum pice demouebo

Amphora fumum bibere instituta.

Terentianus Chremes in seipsum cruciante, omnia reuei dolia. *Od. 1. lib. 1.* Massicum vinum laudat Horat.

Est qui nec veteris pocula Massici.

Imò & puteos fodiebant, & quadris lapidibus in imo quasi cortinam rotundam coagmentabant, quo vina defusa conderent, quæ labentibus annis corticem in summo durissimum ut securibus frangi oporteret. Afferuabatur ibi vinum incorruptum, & mirificam vim tempore ac senectute contrahebat. Galenus apud Athenæum *lib. 1.* ἀπὸ πέντε ἡ τοκοῦ ἐτῶν οἶνον συρευτὸν ἄρχεις ἐπὶ πέπιου, ait *Sureninum vinum non esse potabile nisi post 25. annos,* *lib. 1. de Antidotis*, quia ante 20. annum est inconstum & crudum ὡς χεδὸν τῷ κ. ἐτῶν ἐπὶ δεκαπέπιος. Quod vinum φεφαρόν, indomitum, intractabile & asperum est, quare à Tiberio generosum acetum, à C. Cælare nobilis vappa. Aliter dixit Persius:

Indomitum quod defumare falernum.

Φεφαρόν, id est, friabile, opponitur γλυκῷ, lento & glutinoso. Ita vinū Metaphoricè dicitur σκληρὸν durum. Archilochus vocat χαλύκριτον μέδον, & χάλιν vinum. Hippoanax ἀλία φενύσον of χάλιν τηπωκότες, πάρυμ

sapiunt

sapiunt qui vinum bibunt. χαλίκριτον μέδον Athenien ses vocant meracum, teinetum ἄρχατον, vino temperatum, οἶος κεπερωσθῆνος, ἄρχατος in Apocalypsi Ioannis. Vina fumosa vina fumo excocta & durata. Aristot. *lib. 4. Meteor.* scribit in Arcadia vinum in vtribus fumo ita exsiccati ut bibatur abram. Tibull. *lib. 2.*

Nunc mihi fumosos veteris proferte falernos

Consulis, & Chio soluite vincla cado.

Cellæ vinariae, & amphoræ ad hypocausti, seu vaporarij fumum proximè erant. *Ode 28. lib. 3.*

— prome reconditum,

Lyde strenua, Cacubum.

Parcis deripere borreo

Cessantem Bibuli consules amphoram.

Ex Italicis vinis, falernum à decimo anno potabile est ait Athen. *lib. 1.* usque ad vicesimum annum. Vetustius caput & neruos tentat, κεφαλαλήκος ή τὸ γαρύθιον κεφαλή. Albani vini duo genera, οἱ μὲν γλυκῷ, οἱ δὲ ἔργανοι. Vtraque à 15. anno ακμάζει. Rheginum vinum Surentino λιπαρώτερον, pinguius, & generosius. Priuernas vinum λεπτόμερειν Rhegino, ut & Formianum Priuerñeate, λιπαρώτερεν. Ibi lege de vino trifolino, setino quod leuius est falerno & minus ferit caput, Tiburtino, Lauicano, Angaurano, Prænestino, Cumano, Alba no, Nitano, Vicentino, Cæcubo quod generosum est, & aliis. Horatius,

Cacubum, & pralo domitam Caleno.

Tu bipes vnam, mea nec falerna

Temperant vites, neque Formiani

Pocula colles.

Vile potabis modicis Sabinum

Q q q q 3

Cantha

*Canharia Greca quod ego ipse iesta
Conditum leui.*

Epist. 12. lib. 1. Vinum Sabinum modici pretij suisse ait Sat. 3. lib. 2. Veientanumque rubellum. Athenaeus lib. 1. Ἀληνὸς ὃ ἡ ὁ κείκεος πληπτός, εὔτοις ὁ καλωδες κεφός, Φιλέρνυ ἀσομαχάτερος. Ode 31. lib. 1. Horat.

*Premant Calena false quibus dedit
Fortuna vitem.*

Vina vetera percolari solita erant ut defecarentur, Græci συκῆιν, συκχοῖιν vocant. Plin. lib. 19. cap. 4. Inuetari vina faccique castrari. l. 21. ff. de auro & arg. legato, colum vinarium commemoratur. Lucillius apud Cicer. lib. 12. de finibus.

*Cui nil dempsit nix, et sacculus abstulerit nil.
Martialis lib. 12.*

*Turbida sollicito transmittere Cacuba sacco.
Sacco tamen debilitari & vapescere putabantur.
Horat. Sat. 4. lib. 2. de vinis Massicis,
— at illa*

*Integrum perdunt lino vitiata saporem.
Poëtae vinum χάλιν vocant quid soluat curas, αυ-
στικελη Bacchum. Apollonius μὲν χαλίκετον λαζόν
μέσον, bibe meracum dulce temetum. Athenaeus lib. 1. #
οἶνος παλαιὸν παρέχειν ὑπερ ἀτεράχεις, vinum venus
præbere somnos placidos. Dioscorides, # οἶνος δυ-
σούερον, vinum nonum somnia molesta facere. Vinum
chalybonium in Syria. οἶνος αὐτίτης Rhodi & in
Gallia. Galeno ὁ αὐτοτήτης, hormus, ὁ ἐν Φιλέρνος
εἶναι, aliis est, ὁ αὖτε γεγονόθεν vinum ibi natum,
aliis ὁ ἀπογένετος, cui nihil aquæ infusum. ἀπαλὸς
οἶνος ὁ Καρπίς οὐ σινώδης languidum, elumbē. Pollux
οἶνος, ποτα, ποτόν, vinum potus, vinum suave, οὐδὲ
παραγόντες.*

ἐπιγερός, γλυκὺς, αυστρός, austerum, amarum, λειαν-
όρος amarodulce, μελινός, mellitum, ἀνθοφίας odo-
ratum, Thasiūm, Chium, Aristeum optimum, Ari-
stusium, Mendæum, Mendesium, Ismaticum, Les-
biūm, πεντέλες, Chalybonium, Pellæum, Pram-
neum, Maroneum, μαραγέτης. Nondum enim ve-
teres vinum Italicum nouerant accuratè, quod
nulli alij posthabuissent. Vinum σεκτήρια, Sise-
ræum è musto coctum, ἐκ γλαύκεως ἐψηένος, γλυκὺς,
dulce. Murinum vinum vnguento mixtum, μαρί-
νης μύρων κεκραμένος. Alij volunt esse melicratum
seu cenomeli. ἐψηά σίνος ἐψηένος εἰς γλυκύτητα
quod ad dulcedinem coctum, τελέσηνος ἐ φρίν ἀπο-
θλίεσθε εὔπειρος, vinum protropon prodromum non
calcatum, quod sponte fluxit. ὁ Φαῦλος οὐνος vi-
num malum, secundum, ἀδρείας, ἔξτηκως vapi-
dum, ἐκεῖδης subleustum, acetosum ὀξώντος, ὀξώδης,
ἀδρείας tortuum, τρυγηρίας fæculentum. Sacias,
σακτὸς ὁ σιλετίνος, colatum, τείμην vinum cum
aromatibus. Athenaeus lib. 6. Vinum cui farina ad-
mista, ἀνθετομένος. Vina Massica cœlo sereno to-
tam noctem exponebantur ne neruis nocerent,
quia colo lineo transmissa vires amittunt. Horat.
Sat. 4. lib. 2.

*Massica si cœlo supponas vina sereno
Nocturna si quid crassi est tenuabitur aura,
Et deceder odor neruis inimicus ; at illa
Integrum perdunt lino vitiata saporem.
Surrentina vafer qui miscet face falernæ
Vina columbinō limum bene colligit ono.
Aliiquid fæcis falernæ immiscisti vino Surrenti-
no ut sit generosius, vis id defæcare, iniicito co-
lumbinum ouum, trahet limum deorsum, & vi-*

num erit generosius. Martialis lib. 14.

*Surrentina bibis, nec murrhina picta, nec aurum
Sume, dabunt calices hac tibi vina suos.*

Alij ouorum aliquot gallinarum albumina in dolium mitunt, & baculo mouent, vinum defæctatur. Tamen Horatius dixit,

Quatenus ima petit volvens aliena vitellus.

Vinum autem dicitur παλαιᾶς inueterari cum diu alteruatur, vocatūrque κεχρονικός, vel cum vini veteris qualitatē fumo assequutum est. Galenus lib. 1. de Antidotis. παλαιᾶς τὸ μεταβάλλει ἐπόμενος εἰς τὴν ποιότητα τῆς παλαιωμένης. ὁ παίσφερόδηλος, πάντα ἀλλα γιρζ τῷ χρόνῳ πάλιον οἶνος, Omnia alia senescunt tempore excepto vino.

De Murrina potionē.

C A P V T I I I .

MURINA genus est potionis quæ Græcis dicitur nectar, ait Festus. Hanc mulieres vocabant murcolam. Quidam murratum vinum, quod appellatum volunt ex vuæ genere murrinæ nomine. Murrata potionē vsi antiqui, nunc ædiles per supplicationes diis addunt ad puluiuaria. 12. Tabulis cautum ne murrata mortuo indatur. Nonius tamen ait Murrinam fuisse loram seu lorream ex Varrone lib. de vita pop. Rom. Antiquæ mulieres maiores natu bibeant loram aut sapam, aut defrutum, aut passum, quam murrinam quidam Plautum appellare putat. Sapa dicitur mollaceum. Loram dicebant in vindemia cum expressissent acinis

acinis mustum, & folliculos in dolium conieci-sent. Plinius lib. 14. cap. 10. Lora fit maceratis aqua vinaceis. Pollux, ὡς δέ τις ἡ μύρινος οἶνος μύρφ κε-ραμήθη, erat murines vinum vnguento mixtum. Athenæus lib. 12. μύρφ οἶνος μυρινος πυρίνος. Hesychius, μυρίνος ἡ ἐπεχείτο μύρεν. Theophrastus lib. de Colorib. οἱ δὲ μύρφ οἶνοι διπλάσιοι τε. Alij vnguentia vino infundentes, μύρεγη ἴδιως τὰς οἶνους, Vnguentum vina lenit. Plinius lib. 13. cap. 3. Quosdam vnguentia in potus addere. Glossæ, μύρεν vnguentum murra vi-num confectum ex baccis myrti, myrrites, myrtleum, myrrinum, murtatum. Athenæus lib. 1. c. 29. μυρίνης ἡ μυρίνος οἶνος, murrina. Gloss. μυρίνη, μυρίνη, myrta. Suidas myrra οἱ καρποὶ δὲ μυρίνης. Hesychius idem docet. Plinius lib. 14. cap. 13. & c. 16. Laudatissima apud priscos erant vina myrtæ odo-re condita. Plaut. in Persa, quanquam & in ea calamum addi iubet. Fabius Dorsenus, mittebam vi-num pulchrum murrhinum, panem & polentam, vinum, murrinam. Plautus *Pseudolo*, Murrinam, passum, defrutum, mellinam. Aromatites siebat è myrta, è nardo Celtica, calamo, aspalatho, offis in mustum aut dulce vinum defectis apud Plinium. Cato lib. de R. R. cap. 124. Myrtam nigram are-facito in vmbra, ubi iam erit passa seruato ad vindi-miam, in vrna musti confundito myrtæ semo-dium, id oblinito. Vbi desuerit feruere mustum, myrtam eximito. Consule Plin. lib. 15. cap. 19. Co-lumellam lib. 4. cap. 8. lib. 13. cap. 21. Docent Ro-mæ myrrham creuisse, & ad defrutum aliiquid myrrhæ additum. Hesych. μονὸν ἐνδιαφέρειν murrinam. Aristoteles ait vnguenta propter myrrham expedita. Plutarch. de Isidis Theopls. lib. de odorib.

Ægyptium vnguentum fieri ait ex cynamomo & myrrha. Æoles οὐρύαν, μύρην, μύραν vocarunt apud Athen. lib. 12. Quia multa vnguenta οὐρά οὐρύν ἐνδέχετο, ἡ σκῆνη καλεῖται ex sola myrrha statuta. Vnde μεμειούμενα ἐμειούμενα vnguento perfusa. Athenæus in fragmentis μυρρίζω à myrrha. Atheneaus lib. 15. cap. 15. Staete commoda potui, θητός sensu deo τύπον. Dioscord. lib. 1. c. 62. Staete pinguitudo est recentis myrrhæ ad potum maxime idonea. Psalm. 44. Staete & myrrha à vestimentis tuis. Staete est gutta seu lachryma liquidior & tenuior myrrhæ. Myrrhatum vinum quod Christo Domino datum est amatum fuit, murrha & thure conditum ut sensum doloris adimeret. Galenus lib. 1. Simplic. Medicam. cap. 19. Murrhina si largius bibatur aut dementat, aut necat. Apule. Miles. 8. Multimodis se communicat ictibus myrrhæ præsumptione munitus. Miles. 10. Obsfirmatus myrrhæ præsumptione nullis verberibus ac ne ipsi quidem succubuit igni. Hieronym. ad c. 27. Matth. Usque hodie Iudei dant Christo vinum murrhatum ut eum consopiant. Diocor. lib. 1. cap. 38. Myrrha facit soporem. Psalm. 59. Potasti nos vino κατανύξεως, alti soporis. Vide doctissimum Gretserum libro de Cruce.

De Nota vini.

C A P V T I V .

A Scriebant testis notam & titulum vini. Iuuenal.

*Cuius**— Cuius titulum patriamque senectus**Commendat multa veteris fuligine teste.**Pittacion vocat Petronius in Satyr. Notam Horat. Sat. 10. lib. 1.**Vt Chio nota si commissa falerni.**Ode 3. lib. 2.**Interiore nota Falerni**Tē reclinatum bearis.**Vnde Curius ad Ciceron. lib. 7. ad famil. Sulpicii successor nos de meliore nota commenda. In Bruto de Opimiano & Aniciano, quod sub Opimio & Anicio Cos. lectum est, atqui ea notæ sunt optimæ. Horat. lib. 1. epist. 5.**Vina bipes iterum Tauro diffusa.**Quia vina è dolis in cados & testas diffundebant ad vetustatem. Sat. 2. lib. 2.**Et nisi mutatum nescit diffundere vinum.**Proculus de Trítico vino & oleo legatis: Vinum in amphoras & cados hac mente diffundimus, ut in his sit donec vīsus causa cōprobetur. In dolia conciicimus, vt ex his postea vel in amphoras & cados diffundamus, vel sine ipsis dolis veneat. Idem, qui vīnū Surrentinum in vīnalibus habebat diffusum. Dolia erant lignea, vīnæ fictiles, literatae, ut patria & annus scirentur. De dolio non hauriebant, ut biberent, sed quandam sequebantur etatem, ait Cicero in Bruto. Ambrosius bibones sui æui arguit. lib. de Elia cap. 17. Epulis assistunt pueri coma nitentes, ex gente barbarica ad hos vīsus electi per singularum distincti etatum vices, cornu in medio vīni plenum non epularis, sed p̄ciliaris instrumentum buccinæ, primo minoribus poculis veluti velitari pugna præladitur, ut tragediarum actorum*

actorum primo sensim vocem excitant, donec vi-
no aperiant iter, ybi res calere coepit poscunt mai-
oribus poculis, vbi consummatæ fuerunt epulæ
putes iam esse surgendum, tunc de integro potum
instaurant suum, ac ne immoderatum hoc arbitri-
tris, mensura proponitur, certatut sub iudice,
sub lege decernitur, agonothetes illic furor est,
hinc si quis calicem conuertat vrgetur ad potum.

De varijs vini generibus.

C A P V T V.

Virgil. lib. 2. Georg.

*Non eadem arboribus pendet vindemia nostris
Quam Methymnae carpit de palmite Lesbos,
Sunt Thasia vites, sunt & Mareotides albae,
Et passo psythia urtilior, tenuisque lageos
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam
Purpurea, Pretiaque, & Rhetica.
Sunt & Arainea vites firmissima vina
Argitisque minox, tunidis Bumasti racemis,
Et Rhodia.*

Apud Athen. lib. 1. λεσβία πόματα ἐξ οἴνων οἵδιον πίνειν. Nullum vinum Lesbio inundius bibitur. Ouid.

Gargara quot messes, quot habet Methymna racemos. Vrbs Lesbi insulæ. Thasus insula maris Ægæi. Antiphanes, oīos te δότος, ἡ μέση, ἡ στήματα. Mareotides vineæ sunt in Libya Mareotide prope Ægyptum, vt Strabo lib. 17. Plaut. in Cassina, Nisi hæc meraclo se vspiam percussit flore Lybico. Athenæ. lib. 1. De vino Mareotico, oīos κράμπος, ad xose

λάκοσε ψ., ἡ ίδης, εύπνευς, ἐνεργάστης, λεπίδες, Vinum pulcherrimum, album, suave, odorum, quod facile in venas diditur, tenui. Psythia ad vinum passum utilior est. Petitur à Græcis, vt Columella lib. 3. cap. 2. Plinius lib. 14. cap. 9. Psythium, & melampythium passi genera sunt. Lageos vua Græcanica tenuis & penetrabilis vt vult Seruius. Preciæ dicuntur quasi præcoquæ, quia citè maturescunt, vt Columella lib. 3. cap. 2. Plinius lib. 14. cap. 2. & cap. 6. Rhetica in Veronenensi agro ponit. Sueton. in August. cap. 77. Augustus maximè delectatus est Rhetico. Silius lib. 7.

Tmolus & Ambrosius Aruisia pocula succis,

Ac Methymna ferax lacubus cessere falernis.

Macrobius lib. 3. Saturn. Aminei fuerunt ybi nunc falernum est. Quint. Serenus, succus Amineæ vitis. Aufonius,

Solus qui Chium miscet, & Amineum.

Seruius Amineum vinum sine minio & rubore. Galenus lib. 6. de locis, συφίλας ἀνθίσας ἀρινάοις. Aëtius interpretatur Amineas τὸς συφίους astringentes. Plinius lib. 14. cap. 2. Principatus datur Aminæis propter firmitatem. Ouidius de Ponto.

Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos.

Isidorus lib. 17. cap. 5. Argitis Græcula vites generis albi. Plinius lib. 14. cap. 1. Bumasti tument mammarum modo. Sunt vuæ ollares de quibus. Columella lib. 12. cap. 43. Aruisium nectar Virgilio-vinum Chium. Plinius lib. 14.

Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.

Ecloga 5. Virgil. Mamertinum vinum in Sicilia dicitur Potalintis. Plinius lib. 13. cap. 6. Mamertina vina circa Messanam in Sicilia genita. Ex iis Potulana

tulana ab auctore dicta. Vinum hoc dulce potu esse, ait Athenaeus lib. i. Chalybonium vinum εν Σαλιονῳ & ουρανῳ, vt Strabo, & Hesychius, nascitur in Syria. Malè apud Suidam legitur χαλιδίνιος. Alexis θάσια & νέσσια vina vocat οἰνάρα. Eubulus φίδιον ἄρχατον laudat. Mendæum vinum generosum cui επερσεν dij ipsi vt Nectari. Aristophanes in *Thestomphoria*. laudat vinum Thasium, μηλοσφραγῖνοι θάσιοι οἴνοι επερσεν, οἱ δὲ θάσιαι ἀνακτήσθω λιθόφρουπεν. Vocant vinum dilutum ἀπαλὸν, ίδαρες, quod non est οἰνώδες. Vina alba sunt διλιχέροπα, multum aqua habent à natura. καπίας vitis genus est cuius mentionem Plinius. Aliud vinum est de quo Horat.

*Amphora fumum bibere instituta**Consule Tullo.*

χάρακόμον Athen. lib. i. Vas fictile vino Chio plenum. Chium vinum erat generosum, vt & Thasium. Dio Chrysost. & οἰνοθεραψεὺς εὐ δάσιον κατέπλισε. *Vino deditum ωντος vini Thasij haustus repleuerit.* οἶνος μαρτίτης ή μαρτίνης cui vnguentum infusum vt Hesychius. Myrtites Myrteum vinum μαρτίνης. Apud S. Marcum, οἱ οἰνομαρτίνεοι οἶνος est murrhatum vinum, non myrtleum. Cnidium vinum non tantum ē Cnido insula, sed & ex Ægypto dictum. Olympiodor. in lib. i. Metcor. Aristot. εὐ αἰνύτῳ τῇ πόλει θερμοτοτή Φυζεσ οἴνος οἱ κύδιοι καλέσθησαν, ηδ τῶν ἀντωτείσαν. Maræoticum vinum ἀπὸ & εὐ αἰενερεῖα κρήνης μαρτίας, ηδ τῷ πόλει πόλεως ὁμανύμη, dicitur Alexandria à fonte Mariae & urbe prope huc fontem sita, vel à Marone vt Athenaeus lib. i. lego, εὐ ἀλεξανδρεῖα, ἀπὸ τῆς κρήνης μαρτίας. Vrbs enim afflita fonti Mariae dicebatur Maria, non Alexandria, aut Alexandria sumitur pro territorio Alexandria.

*De**De Mulsō.*

C A P V T V I.

Mulsum alica pretiosius fuit maximè si ē vino vetere fiat, vt Plinius lib. 22. cap. 24. Pollio plurimis annis nihil præter mulsum edit, aut bibit, & vitam ultra centesimum annum produxit. Mulsum interdum fit ex aqua, & melle, μελικρατον, Mellina. Martialis lib. 4.

*Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo,
Massica Theſſeis tam bene vina fauis.*

Item lib. 13.

*Attica neclareum turbatis mella falernum
Misceri debet hoc à Ganimede merum.*

Plinius, Seimper mulsum ex vetere vino utilissimum, facillimèque cum vino cōcorporatur, quod in dulci nunquam euenit. Horat. lib. 2. Sat. 4.

*Aufidius forti miscet mella falerno,
Mendose.*

Athenæo vinum alterum falernum dulce est, vnde fit mulsum optimum, alterum austерum, de quo Iuuenal. Sat. 13.

*— densissima ruga
Cogitur in frontem, velut acri ducta falerno.*

De Passo.

C A P V T V I I.

Passum dictum quia ex vua passa cogitur. Nonio. Passum nominabant si in vindemiâ vuam diutius

diutius coactam legerent, eámque à sole aduri passi essent. Percutitur vua siccior, & decoquitur, inde fit passum. Plin. lib. 14. cap. 1. A patientia nomen acinis dicitur passis. Palladius Octob. tit. 19. Columella lib. 12. cap. 39. Martial. lib. 13.

Gnossia Minoe genuit vindemia Creta

Hoc tibi quod mulsum pauperis esse solet.

Plin. lib. 14. cap. 9. Passum è Cretico, Cilicium, & Africum. Fieri certum est ex vua, Græci sticham voeant, nos Apianam. fit item scirpulis in vite sole adustis, aut feruente oleo. Vide.

De Mulso ex Dioscor.

C A P V T VIII.

Oινόειλι διαφέρει τὸ ἐκ τῆς παλαιᾶς οίνου καὶ αὐτηῖς, ἡ μὲν ὁμοία παλαιᾷ γυνόρθων. ἡ δὲ νῦν πνεύματοῖς, καὶ ταχεῖς παρισταῖ. Oenomeli, ex vetero vino & austero excellit, quia minus inflat & celeriter in usum venit. Aqua mulsa easdem vires obtinet quas mulsum. Ut mulsum ad bonitatem proficeret mitrebatur in ollas quæ clusini farris pulte imbutæ essent. Martialis,

*Imbue plebeias clusinis pulibus ollas
Ut satur in vacuis dulcia mella bibas.*

De Vino Albano.

C A P V T IX.

AThenæus lib. 1. γνέοντες τὴν πάντα καρπεύεις καὶ πλεῖς ἀλεαρὸς ποποὺς, καφές ἀπὸ ἑττῆς σιτεῖ.

Ad

Lib. III. Cap. X. 257

Ad Campaniæ Cumam vrbelm vinum est Albanum potui commodum, & leue ab annis quinque. Plinius lib. 23. cap. 1. Albana neruis vtiliora. Virium plus Surrentino, austerioris Albano. Horat. lib. 2. Sat. 8.

— procedit fuscus hydaspes

*Cœcuba vina ferens, Alcon, Chium maris expers,
Heic herus, Albanum, Mæcas, siue Falernum
Te magis appositis delectat, habemus utrumque.*

Martialis de Albano,

Hoc de Cesareis mitis vindemia cellis

Misi, Inlao quo sibi monte placet, id est, Albano.

De Surrentino, Falerno, &c alijs.

C A P V T X.

Surrentinum tenue & salubre ait Plin. lib. 14. cap. 6. Surrentum in Picentibus iuxta mare Thyrrenum. Sinuessa Campaniæ maritima vrbs, falernus ager Campaniæ. Massicos montes à falernis distinguunt Plinius lib. 3. cap. 5. Martialis,

De Sinuessanis venerunt Massica præles.

Setinum vinum in Campania, quo cibos concoqui iubent. Plinius ibidem. Martialis,

Pendula Pontinos quæ spectat Setia campos

Exigua vetulos misit ab urbe eados.

Athenæus lib. 1. cap. 24. ἡ δὲ σεππή ἔμφερὴ τῷ φαλέρῳ, & πληκτικὸς, non ferit caput. Plinius Setino, Pucino, & Statano primas dat, secundas Falerno, Faustiano, Gaurano, seu Massico, Tertias Albano, Surrentino, Fundano, Caleno. Trifolinum Surrentino

Rrr

rentino

rentino crassius est. Vide Athenæum lib. 1. Plinium lib. 14. cap. 6. Martialem lib. 13. epigram. 108. 109. & sequent. & Dioscoridem lib. 5. Anthosmiam Plutarchus Sympos. 4. vocat ἡμειδης qui flores sapit. ή δὲ ἀνδρομίδης εἰς πασχάλιον τετοῦ ὑπέριδης ἀγεώτερον πίνοντο εἰς τὸ θεό κανάπων χρῶν θεωρήθην. Respi-mus lene & sapidum, ut ex dolio vinum durum & agre-stis quod culices circumsonant bibamus.

De varijs vinis.

CAPUT XI.

Vina generosa πολυφοράτα vocant, quia plurimum aquæ ferant. Aquæ optimæ & oīnoi διάλογον φέρειν σῖαι εἰσ, vinum minimum ferre possunt, id est, minimo vino infuso recipiunt saporem. Quia optima aqua ἀπολοτάτος ἔστι. Vetera vina ut ille ad vulnera adhibentur, ait Dioscorides. Et ad ulcera crudelia. οἱ παλαιοὶ σῖνοι περὶ τοῦ παντούτου σῶματος καὶ φλεγμονῶν δημιούροις σὺν ἑρίοις σινούμενοι, cum lanis succidis admota δημιούροις. κατατλεῖν ὁ ἀρείμιας περὶ τὰ δημιούρα ἔλλην. Ideo Pythia vocat διονύσιον ὕματην apud Athen. lib. 2. & δίνοντον ἴασην. Eodem libro Staphylus ait Melampodem τὸν τὸν κράσιν περιποτον δέρειν, vini temperamentum primum inuenisse. Alij Amphi-truonem esse volunt qui ante Iliaca tēpora Athenis regnauit ut Athenæus, qui Homerum varia viini temperamenta nouisse scribit lib. 4. Laudat Homerus vinum τὸν δεκάριον ἵκην κράσιν, quod multam aquam ferre potest, ait Athen. lib. 1. Hip-pocrates vocat εἴγαντος καὶ πολυέρευνος σῖνον, quale est

vinum

vinum vetus, de quo proverbiū apud Galenum, πάντα τὸν ἄλλα γηρᾶ πολὺ χρόνον οἶνε, lib. 1. de Antidotis, καλέσιν οἱ θεοὶ πάντα δενοὶ παλαιῶν τὸ μεταβάλλειν ἐποίησαν εἰς τὸν τοσούτων ποιότητα τὸν παλαιόν. Qui vini periti sunt vinum aiunt veteras cere cùm induit saporem vini veteris. Vinum nigrum, ait ibidem Athenæus, multum alit & diu manet in corpore, μέντην ἐν τῷ ἔξοι τῷ πνεύματος πλείστον γένονται, καὶ πλείστα περὶ σώματος θέλων. Athenæus lib. 1. cap. 23. Vinum vetus suave, salubre, coquit cibos, facile diditur per venas, & corpus sanguinem rubrum generat, παλαιὸς οἶνος ἐπειδὴς οὐδενὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ οὐρίαν πενεφοράτερ. πέρας γὰρ πλέον τὸ σῖτα, καὶ λεπτομερῆς ἐν διανάδοτος οὖσι, δενάριον ἢ τοῖς σώμασι ἐποιεῖ τὸ σῖμα τε ἐπερδεῖς καὶ ἐνανδοτον κατασκεψάζει, καὶ τὰς ὑπεριστάτας παρέχει. Vinum suavissimum si aquam maris infuderis. ιδειν τὸν & οἶνον παρεξερεμένον διαλέγεται. Apud Chios primum fuit vinum nigrum. Oenopion Bacchi filius primus docuit Chios vites instituere. λεπτὸς καὶ ἀλεύνει οἶνος λακός. οὐδὲ μηδέποτε πέπλος ἡρώον ξηραπτικότερος, vinum gilnum, & curinum exsiccat non coquit cibos. Mitylenæi vinum dulce vocant prodromum, aliij protropon. In Icaro insula est Pramneum, aliij οἶνοι περὶ τὸν περιφοράν δημιούρον, omne vinum quod seruari potest Pramneum vocitant. ἀνδρομίδης πέπλον νεκταρεσσαγίς, νυά fragrans ex qua stillet in torculari nectar merum. Ermippus apud Athen. lib. 1. cap. 27.

— μάγιστρα δὲ παλαιόροδον,
καὶ διάστον τοῦ δὲ μηλῶν δημιούροις διμήν,
τέτον ἐγώ κρίνω πολὺ πάντων τὸν δεῖσον
τοῦ ἄλλων οἴνων μετ' ἀμύμονα χοντὸν ἄλυπτον

ἴστη δὲ τὸ ὄντος ἐν τῷ συστήματι καλέσον
ἄρχεται ἵων, οὕτω δὲ πόδων, οὕτω δὲ ἵωνίνθε
δορικὴ διατοποία.

Vinum Magnesium mellitum, & Thasium quod oleo mala, quod meo animo ceteris antistat excepto Chio innocentia. Est autem quoddam vinum quod sapria, seu putre dicitur, cuius ex ore cum amphora est aperta spirante viola & rosa, hyacinthi dininus odor. Carystium vinum in Laconica. Hesychius τελείων ὁ ἀρωματίζων ὄντος vinum Pollium, aut Pollaeum Syracusis. Pollux lib. 6. cap. 2. γλυκύς ἡ πολλαῖος ἐκ συράνθου Rhodium, & Samagoreum Athenæo lib. 1. ἔρμη vinum. Samagoreum, Samagonium, Samagiron Athenis, an quia ex Samo allatum? Athenæi lib. 10.

De Vini crassi, seu temperamento.

C A P V T X I I .

NVlla Græcis fuit certa vini κράτος, & aquæ temperamentum, vt neque hodie nobis. Quosdam videas poculum implere aqua, & vini post aliquantum infundere, alios meracum biberre. Apud Aristophanem temperamentum optimum, cum duæ vini partes, aquæ tres. Hippocrates sæpe meminit & ious ious. Hermippus in Deois,

ἴτενδ' ὅταν πνώματος ἂν μηδέποδα
ἀρχέμενος τοῖς τοῦ ὄντος ἀκέπας θύει.
καὶ τὸ καπίλον τὸ φέρει πολὺν ἀριά
καὶ αὐτὸς γεγύπτως τέτο πέντε ἡ δύο.

Deinde cum bibimus, aut sitimus, precamur nobis benignum, & bene temperatum esto, quod de caupona & propola

Lib. III. Cap. XIII. 261

propola ludens fero, & rursum factum hoc est, quinque & duo. id est, quinque vini, duo aquæ. Anacreon, τὰ δὲ τὸ ἐβάθεας ὑδατος, τὰ πέντε δὲ ὄντος, καὶ δύος ἡς αὐτὸς εἰσιστῶν φέρεια δὲ τοις βασανίσσω. Duas aquæ partes infundens, quinque vini, vt cum luxuriantem amictum cyathis rigauerit furere incipiam. Diocles, πάντας δὲ κακραίνοντα πινειν & οἶνον δεῖ με, τὰ τέταφα ἡ δύων. Quomodo temperatum bibam? quatuor aquæ vini duo. Hesychius, τὸ πάλαι ἐκτινάσθαι τελατος, τὸ δὲ τετραπτον οἶνον. Multi fuere abstemij, Glauco Atheniensium tyrannus ὑδροπότης, Iulius Cæsar quem Cato dixit vnum ex omnibus ad euertendam Rempub. sobrium accessisse. Theodorus Larissæus. ὑδροπότης. Omnes Iberi aquam bibunt, vide Athenæum lib. 2. cap. 5.

De rufi aquæ calidae & gelidae.

C A P V T X I I I .

VEteres aqua gelida & calida in conuiuiis usq;os, & thermopolia habuisse ubi aquam in miliariis usq;is excalefacerent vulgo notum est. Vide Lipsium & Mercuriale. Iuuenal. Sat. 5.

Quando vocatus adeat gelida calidaque minister.
Martial. lib. 8. ep. 67.

*Caldam poscas aquam sed nondum frigida venit,
Frigida non desit non deerit calda perenni.*

Plaut. in Trinummo,

*Satin in thermopolio
Condalium es oblitus, postquam thermopastri gustarem.*

262 De Coniuuijs,

Vino miscebant aquam calidam. Martialis,
Iam defecisset portantes calda ministros,
Si non potares Sextiliane merum.

Plaut. in Milite,

— absorbi

Nam nimis calebat, amburebat gutturem.

Philo de vita Theoretica, oīr. ev. ἐπινεύεις ή μέρεις
 in εἰσορόπῳ, ἀλλὰ διαμήσατον υδωρ, πάχειαν τοῖς
 πόλλοις, δηρώον ἢ τῷ προεβατίτων τοῖς ἀγεδιάτοις,
 Per illos dies vinum non infertur, sed aqua limpidissi-
 ma multis frigida, senibus delicatis calida. Vnde se-
 quitur calidam fuisse in deliciis. Plinius lib. 19.
 cap. 4. Hi niues, illi glaciem potant, pœnâisque
 montium in gulæ voluptatem vertunt, seruatur
 algot æstibus, excogitatürque ut alienis mensibus
 nix algeat. Itali vt gelu perennet in æstateim, fons
 tis aquam hyeme in locum cauum deducunt, vbi
 glacie concrescat, rumpunt securibus glaciem,
 eamque in turrim profundam substrata palea sti-
 pant, turrim implent, glaciem palea tegunt. Vide
 Plinium lib. 31. cap. 3. Pacatus in Panegyrico Theo-
 dos. Nisi æstiuam in gemmis capacibus glaciem
 falerna fregissent. Vide Macrob. lib. 7. c. 12. Plin.
 lib. 1. ep. 15. Alica cum mulso & niue parata. Gel-
 lius lib. 10. cap. 5. Is nos aquam multam ex diluta
 niue bibentes coërcebat. Omnino aqua niuata, aut
 soluta glacies in potu noxia est. Vide Senecam
 epist. 78. lib. de Providentia cap. 3. lib. 2. de ira cap. 25.
 Martial.

Setinum, dominaque niues, densique trientes,

Non potare niuem, sed aquam potare rigentem

De niue, commenta est ingeniosa sitis.

Apud Petronium aquam niuatum pueri Alexan-
 drini

Lib. III. Cap. XIV. 263

drini in manus infundunt. Seneca lib. 4. quest. natur.
 cap. vlt. Inuenimus quomodo stiparemus niuem,
 vt ea æstatem euinceret, & contra anni feruorem
 defenderetur loci frigore. Nines colabantur sac-
 co niuario. Martial. lib. 14.

Attenuare nines norunt & linea nostra,
Frigidior colo non salit vnda tuo.

De potu veterum modo bibendi.

C A P V T X I V .

Variis mensuris veteres potarunt sextante,
 deunce, triente. Sextante moderati ac sobrij,
 deunce bibaces. Apud Suetonium Augustus sex-
 tante bibit, eumque sexies tantum in conuiuis
 publicis ori admouit. Martialis,

Sextantem poto, tu potas, Cinna, deuncem,
Et quereris quod non Cinna, bibamus idem.

Idem de Lusco Phryge,

Miseri sibi protinus deunces
Sed crebros iubet.

Deunces fuere bibonum. Triens erat 4. plus mi-
 nus vniarum aut 5. quo vñlgo viri frugi. Pro-
 pertius,

Quum fuerit multis exacta trientibus hora.

Persius Sat. 3.

Sed tremor inter vina subit calidumque trientem.

Triens sexta pars sextarij. Vulgo sextarium in cœ-
 na viri etiam frugi bibeant. Aliis sextarius toto
 die suffecit. Interdum plusculum se inuitabat Mar-
 tialis lib. 11.

Quincunces & sex cyathos, bessemq; bibamus.

In conuiuiis publicis initio minutis poculis bibebant, in fine maioribus ut Alexander Trallianus lib. 1. *Problemat.* Ut sensim stomachus corrobaretur vino ferendo. Apuleius 4. *Florido.* Sapientis viri super mensam celebre dictum est, prima, ma, inquit, cratera ad situm pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. Sæpe bibebant Dei alicuius nomine inuocato. Pindar. *Ode 6. Isthmion,*

εἰς δὲ τέταρτον σωμαῖς περιπλόντας ἀλυπτίῳ.

Contingat ieratum Seruatori propinantes olympio. Diis secundis bibere tum dicebant. Virgilius,

*Non ego te mensis & diis accepta secundis
Transferim Rhodia.*

Vltimum poculum Mercurio dicatum supra ostendimus. Homerus lib. 7. *Odyss.*

*πενθύτας δαπέδοις εἰσόπτῳ ἀργειφόντῃ,
ὅς πυκάτα στέψαντον. vel ci.*

Libantes poculis Mercurio speculatori cui ultimè libabant. Corippus lib. 3. *Iustin.*

*Postquam diuina sumptere nouissima cœne
Pocula, & excelsa siluerunt gaudia mensa.*

In fine conuiuij discedentes se inuicem salutabant narrante Dione in Commodo. Dici solitum viuas, *χορας.* Apuleius *Miles.* 10. Grandissimum illum calicem vno haustu perhausit, & clamor exsurgit consona voce cunctorum salute me prosequentium, acclamabunt enim cum quis væ grande poculum vno haustu siccasset. Hesiodus tres aquæ partes, vnam vini affundendam putat,

τρεῖς υἱοὶ Θεῶν τοῦ Διού ἔτερον οὐρανού.

Horatius lib. 3. *Od. 21.* Vina diluta languidiora vocat.

vocat. Festus, vinum spurcum cui aqua admixta, & quod sacris adhiberi non licet. Vinum quando primum aqua mistum sit indicat Athenæus lib. 11. Idem lib. 10. *ἢ πέντε στάτειν, ἢ μη τέταφα, ad duo pocula vini quinque aquæ miscenda, aut tria pocula aquæ ad vnum vini, sed non 4. aquæ pocula ad vnum vini.* Apud Suidam cum aliquis ἀμεσὶ biberet acclamabunt, viuas. *τέτο δὲ τὸ εὐ συμποσίους εἰώδες λέγεται ἐξεβίωνας ζεσταῖ.* Vide Suidam in *περιηγη.* συντική πόσις ἀρατοποσία, ὀπουκιδίου Laconibus. Hesychius, ἄρα οἵστε τεία ὅπλα οὐρανού ἐλέγετο, ἐπεὶ τὸ παλαιὸν ἐκπράτο τεία υἱοὶ Θεοῦ λαμβάνον, τὸ δὲ τέταρτον οὐρανόν. Ebrietatis remedia vocant μέδιος φάρμακα, ἀμεσάντες οὐαδέστεις. Cato de re Rustica cap. 156. Si voles in conuiuio multum bibere, coenareque libenter, ante coenam esto brassicam crudam quantum volles ex aceto. Et item vbi coenaueris comesto aliqua quinque folia. Reddent te quasi nihil ederis, biberisque. ἐκποτίζειν est lente, & cum fastidio bibere quasi pitifando. Hesychius, *τεία συντηρεῖ, εἴδος τοῦ θεοῦ πότον ἀπειδεῖς, ὡς οὐ τὰ οὐράνια.* Hic liber modum in conuiuii bibendi præscripsit. Ter bibebant ob tres gratias, aut nouies ob Musas. Ausonius,

*Ter bibe, vel toties ternos, sic mystica lex est,
Vel tria potanti, vel ter iria multiplicantii.*

Ideo modimperator dicitur *μυστοπολος τείαδος lib. 4. Anthol. cap. 34. epig. 4.* Et ἀρχερδίς *τείαδος ibidem. inscript. vet.* Απολλοδόρος δέρτος *τοῦ χαρίτων θεοῦ βίν,* λακίς ποτηλίς αὐλή, ταῦτα ωράτοσι καθόπει τοῦ σεκάσφης θεοῦ ιών. Omnino Apollodorus ille non fuit modimperator, sed Sacerdos gratiarum. Horatius,

— tribus aut nouem
Miscentur cyathis pocula commodis.

De Vini haustibus, seu Crateribus.

C A P V T X V.

IN haustibus vini quos Crateras vocant, veteres non consentiunt. Apud Pollucem primus Crater est Iouis olympij, secundus est Heroum, tertius Iouis seruatoris perfecti, & sacerdos post coenam. Diodorus Siculus lib.4. Inter epulas, inquit, quum merum affertur, dicunt ἡγαθεῖς δικαιονος: post coenam quum datur mixtum aqua κεκραμένος οὐδὲ exclamat Iouis seruatoris, & ὃ ἀκρατον μανάδεις ἀποτελεῖ, quia meracum in furorem agit. Aeschylus,

λοιδὸς δίὸς μὲν πεῖστον ἀράτος κάμε
ἵπας τε, τίνι δε δέρεται τε κράσιν ἕρως νέμω.
εἴτη τείτου δίὸς σωτῆρος ἐντυῖαν λίσα.

Liberationes primum quidem tempestiuis nuptiis Iouis, & Iunonis, secundum temperamentum Heroibus tribuo. Tertium votiuam libationem Iouis seruatoris. Eustathius 1471. ἀγαθὸς διόμυν ἐλέγετο ω̄ μετ' ἄρσον τεταπεζῶν ἔπον, Bonus dæmon, cui sublati mensis propinabant. Vnde & dicitur boni dæmonis ποτίσεον ποτοῦ. τῷ δὲ μὴ δεῖσιν κράματι ζεῖς σωτῆρος ἐπιφορεῖτο, Post coenam temperamento vel potionis Iupiter seruator inuocabatur. pag. 1816. ἀγαθὲ διόμυν, τετέσι ἀγαθὲς πόχοις, Boni dæmonis, hoc est bona fortuna. Igitur non conuenit inter veteres de tertio poculo post coenam. Quidam enim illud bono dæmoni, aliij Ioui seruatori, nonnulli Mercurio tribuunt. Pollux

lib.6.

lib.6. cap.16. τεῖχος κρατήσεις σωτῆρος, ἀγαθὲ δικαιονος ὁ μὲν τὰς τεταπεζῶν ἀκρατος. ερῦνης ἡ τελετῶν πόσις, ὅτε δύνατος, τῷ πυράτῃ απονέσον. Primus Crater est Iouis seruatoris, at vinum merum quod bibitur sublati mensis dicitur boni Dæmonis, ultima potio dicitur Mercurius. Quare Homerus dicit, ultimo libabant. Varia autem vini genera fuere. Vinum myrto, myrrha, id est, vnguento è myrto, myrrha, & aliis rebus mixtum, μυρτίτης οἶνος, μυρρίνης, μυρτυνίτης, apud Hesychium, Dioscoridem, Athenæum lib.1. Dioscorides lib.5. cap.34. De vino Rhœte ex punico malo quæ dicitur πότη, vulgo legitur πότης, malum ῥοῖτης, ποδῆτης, οἰνάρινος οἶνος, χίνινος, τερεμνίνηνος, φοινικίτης. Vide condituras eius ibidem. Hesychius, τάρρανον πότηα ἐπι σεμφύλων. οἶνος τεταρτανιώφος. Vinum aqua mixtum dicitur ποτός vnde κυππᾶ. Athenæus lib.9. Ne, inquit, ex Oeneo patre Tydei feceris Peleum. Id est, ne vinū aqua misceas. Anthosmias describitur à Xenophane μείνχος καὶ κεράμοις ἀγθεος δοσθήνως, Suanis in fictilibus flores sapit. Olim aquam cyatho prius infundebant quam vinum adderent. Xenophanes,

βάθεκεν ἐπι κύλικις πετέτεος κεράσεις της οἴνου
ἡλέκας, ἀλλ' οὐδεὶς ἢ κεράσηπερδε μένει.

Ne quis prius in calicem infundat vinum, sed aquam cui superinfundat vinum. Anacreon, φέρ' οὐδεις, φέρ' οὖν, ὁ πῶ, fer aquam, fer vinum puer. Hesiodus iubet tres partes aquæ, vnam vini poni, sed aqua sit limpida ex fonte iugi, & fluente.

κεράμης τὸ δενάριον, ἢ ἀπορρίπτε, οὐτ' ἀθόλωτος
τρεῖς οὐδετος περιχέτων, τὸ δὲ πετρατὸν οὐδὲν οὐκε.

In Athenæi fragmento Cretibus ἀναφαίται η δερμόπονος.

De modo bibendi.

C A P V T X V I .

Quod Latini dixerunt à summo, Græci dicunt κάλω πίνειν, in circulum bibere, quum ordine omnes à summo ad imum bibunt. Eustathius pag. 1525. κάλω πίνειν, vide Athenæum lib. 10. τὰς ἀρύστας τὰς ἀπόδοτα πόσεις interpretatur. Lucianus in Lexiphane dixit, θηνόνθι δέ αὔματι, ότι οὐδενόποτε ήταν εἰχόμενα κακά ποτίσι. Bibimus haustis sine respiratione, & iam sumus semimadidi. Deinde uncti sumus cœcharide. Bacchus dicitur Mitrophorus, ait Diodorus lib. 4. quia πέρι τὰς ἐν τῷ πλεονάζοντι οἴνῳ κεφαλαιάς τοῖς πίνεσι γνωμάτας διαδέδει αὐτὸν μάση τὴν κεφαλήν, Ad prohibendum capitum dolorem ex nimio vino mitra caput religabat, unde natum regum diadema. Græco more maioribus poculis bibitur, vt Cic. lib. 3. in Verrem. Idem lib. 9. ad famil. Promulsidis meminit. Non eum quem tu es solitus promulside confidere. Polyb. pag. 203. scribit eos, qui de die bibunt, ebrios ut plurimum esse, οὐδὲ γάρ ἀνεπαύετο μεδίους ὡς εἴκος ὅτι τὰς ἀφ' οἵματα πίνοντας. Moderati γάρ τριbus potionibus contenti erant. Plin. lib. 28. cap. 6. Democritus scripsit librum quaternos cyathos non esse potandos. Petronius, tribus potionibus ex lege siccatis Synodo Nannetensi can. 4. Tres tantum cyathi potandi. Sueton. de Augusto, Non amplius ter bibere eum solitum super cœnam in castris apud Mutinam Cornelius nepos tradit. Postea, quoties largissimè se inuitaret senos sextantes

tantes non excessit, aut si excessisset reiciebat. Athenæus lib. 5. scribit Amphictionem ostendisse πρᾶσιν οἶνον ὃν οὐδεὶς θεῖται, vnde posuit ὅπερ διούσας ἄγαλμα, recti Dionysij simulacrum. Volunt eum morem fortè natum, cum sub dio potantes mērum biberent, repente pluia orta in specum refugerunt, deinde regressi pocula vino & aqua pluia mixta suauiora experti sunt. Ideo & Bacchum vt natus est à nymphis lotum vult Callimachus, vt Athenæus in fragmentis.

De mediocri potu.

C A P V T X V I I .

Veteres ter bibisse diximus in cœna. Sextarius vini mensura fuit, quæ sobrio in cœnam sufficeret. Horat. Sat. 1. lib. 2.

Panis ematur, oīus, vini sextarius.

Vopiscus de Tacito, fuit vita parcissimus, ita vt sextarium vini tota die nunquam potauerit. Sextarius 12. cyathos habuit, id est, senos sextantes. In sextante duo cyathi fuere. Hemina sex cyathi. Pollux lib. 6. cap. 2. ἵπηγος οἴγον ἢ τελα φίεστα, τὸ τετράποδον τὸ ὑδατόν, Vinum commendabant, in quo una vini, dua essent aquæ partes ὅτῳ μὲν οἴνῳ περισσοῦ, ἀρύστῃ, ἀρύστῃ, quo vinum haunatur urceus haustorius, haustrum, ἐφιβολή, οἰνόρυστος, κοπιλος, λεπτος, οἰνοχοη, cantharus, κλαδος ὅπω μηδεποτι, quo collatur fiscella, οὐλιση, ότι ηγετηποτι, saccus. οἴων ὅτῳ εἰδευτο.

De Bibendo.

C A P V T X V I I I .

VIta hominis non minus potu quam cibo sustentatur. Sed uterque sit moderatus. Eustathius, πρᾶσις οἶνος λέγομεν τεῖτα ποιῶνται ἐν οὐρᾷ, ἡ δὲ ὑδατοῦ. πρᾶσις πέντε δύο οἶνοις ἢ τεῖτα ὑδατοῦ. ἡ τέταρτη ἡ ίση λεζαρίδιν, ἡ πέμπτη. Prima mixtio sit ex uno vini duobus aqua, altera ex duobus vini tribus aqua, tertia ex duabus vini duabus aqua. πάλιν ἔχοντο κέρατα ἀντὶ περοχῆς, ὅτεν κεράσου. Cornu olim ψήφι pro gutto, unde vox κεράσου. Herculis Scyphus capacissimus, Q. Curtius lib. 10. Nondum Herculis Scypho epoto Alexander ingemuit quasi telo confixus. Capitolinus in Gordianis, Fuit vini cupidior, semper tamen vnde cuncte conditi, nunc rosa, nunc mastiche, nunc absynthio, ceterisque rebus quibus gula maxime delectatur. Apud Láptidium in Heliogabalo, Masticatum, puleiatum, rosatum sunt potionēs, non ut vult Casaubonus, pocula, & vasa μαστιχῆς, φασίτης, γλυκωνίτης. Solinus, ex his pocula conficiunt, id est, potionēs, πεπομπαί. Trallianus lib. 11. οἵ δὲ πεπομπαί των ἄλιστων εἰσὶ τὸ κορδεῖτον, ἡ τὸ ἀπάτον, ἡ τὸ ἀγνοεῖτον, ἡ λεγονιστόν, ἡ μαστιχέτον, ἡ κυρτάτον. Heliogabalus condito piscinas & solia temperauit, & rosato, atque absinthiato vulgus ad bibendum inuitauit. Græci ἀγαθάτον. Olim vnguenta vino admiscebantur. Älianuſ lib. 12. varia cap. 31. μύρω οἴνοι μυριαῖτες ἔπων. οἴνος μαρρινής murrhina potio. Hesychius αἱρέπινος vocat vinum cui vnguentum infusum. Vinum

Lib. III. Cap. XVIII. 271

num murrhatum in Iudeis myrrha conditum quod cruciariis, doloris sensum adimebat. Conditum penè idem ac mulsum. Cælius Aurelian. lib. 5. cap. 4. Tardarum pas. Diocles probat conditum bibendum quod plerique Latini mulsum vocant. Differunt tria hæc, conditum, melilites, & mulsum, seu cenomeli. Vide Aëtium lib. 3. & Nicolaum Myrep. Sect. 27. Vinum verustate edentulum dixit Plaut. in Pænolo. Posidippus meminit vini μυρτίτης. Vinum ύδαψες est lora, vinum κυκραμένον est generosum, sed aqua mixtum. Athenæus lib. 10. τὸ οἶνον ὑδαψῆ πωλέντων οἵ κυπίλεων ἐν τῷ στρατοπέδῳ, κυκραμένον ὁ λύσιανθρός ἐκέλεσεν αὐτὸν πωλεῖν, ἦν αὐτὸν ἀκρατέσσερον ὠνοῦντο. Vinum cui aliquid στόδες admiscetur generosius est, ideo ἀλφιτούρης οἴνος, farina hordeacea vinum aspersum. πολλοὶ ἀπαλφιτίζοντις τὸ οἶνον ἔπων. Quidam farinæ loco vinum vitello oui aspergebant. πνὺς τοῖς οἴνοις ἀπαλφοντας λέιπον. κυκλωπὸς Σίαστον, est in orbem per singulos coniuias poculum ducere. Fœminis Romæ vini potus interdictus, passum bibere. Ut Gell. lib. 10. cap. 24. Glossæ passum, ταφιδίτης, non σαφιλίτης sed σαφίτης. Passum fit ἐκ τὸ ἀσαφίδες, ait Athenæus lib. 10. ἡ ἔστι φεγγάρισιος πινόρθιος αὐγαδενέφιος γλυκῖται, ἡ τὸ κρηπιδῖον, ἡ δὲ ἔστι οἶνος κυεῖται ἡ γαῖα, id est, ἔξεσται. Mulier Zopyra vocata est οἰνηρὴ ἀλγαῖον. Alij potores dicti Cotylæ, Chonæ, Choës. Älianuſ lib. 3. Var. ostendit veteres non tantum bibisse vinum, sed etiam eo se vnxisse. ἡ μύρος τοῖς πόνια καταχέντος οἴνῳ, ἀλλὰ ἡ χειρομάται ἐστιν αὐτοῖς οἴνος, ὥστε ἄλλοις τὸ ἔλασον. οἴνος ἀρκεσίγυρος, firmans membrana vinum. Isidorus lib. 20. cap. 3. Conditum quod non sit simplex, sed commixtione pigmento

gmentorum compositum. Mulfsum melle mixtum. Melicratum potio ex aqua & melle. Malè. dicitur enim ea potio mellina, sed melicratum cœnomeli, aut ut ipse vocat cœnomelum. Hydromelum quod fiat ex aqua & malis Matianis. Hydromeli tamen ex aqua & melle. Lutia oxymelum ex aceto & melle. Passum quicquid ex vua passa compressum effluxerit. Quia percutitur vua siccior, & decoquitur. Defrutum quodd defrudentur, & quasi fraudem patiatur. Malè. Carenum quod feruendo parte carreat. Sapa quæ feruendo ad tertiam partem redacta est. Nonius, murrhina potio confecta. Varro lib. 1. de vita P.R. Passum nominabant si in vindemia vuam diutius coctam legerent, eamque passi essent in sole aduri. Loram in vindemia dicebant cum expressissent acinis mustum, & folliculos in dolium conieciissent. Passum quidam putant Plautum murrhinam appellare. Defrutum si ex duabus partibus ad tertiam redegerant deferuefaciendo. Sapa mustum est ad medium partem decoctum. V. Gloss, Menaria dicitur γλυπτίς. Sed ut ex diuerticulo in viam redeamus, Athenæus in fragmentis, scribit quia pluuiia orta pocula vino plena drepente aqua mixta gratiora visa sunt, et Ἑλληνes τῷ μὲν δεῖπνον ἀκράτῳ περσιδιβύνω & ἀγαθὸν διπέρον δεινον, πῶντες δίγυνου, τῷ δὲ μὲν δεῖπνον κεκραμένῳ περστῷ περσιδιβύνῳ ποτειώ δίνει σωτῆρα δημιένος, διμερον ἀρχήρων πανταβόντες. Malè igitur cum Eustathio Suidas dixit, ἀγαθὸν δειπνον οὐνος μὲν τὸ δεῖπνον. Ino, δίς σωτῆρ. Iterum vide Suidam in voce ἀκρατος οῖνος περικρατήρων ἵσησιν τῷ δεῖπνῳ, περστὸν ἱρῷ, διπέρον χαεσίῳ, περιτον δίς σωτῆρ. Tres crateras statuebant in coena, primum

Mercurio, alterum Charisio, tertium Ioui servatori. Vide Suidam in voce philothesia. Suprà πίπερον diximus lotionem esse post cœnum, περιπίπερον Athenæus lib. 12. potionem vini esse ait, quam finita coena, cum lauassent manus sumebat. τὼ μὲν τὸ δεῖπνον ἐπὶ τὸν ἀπονίφορον περιπίπερον μεταπλεύειν καλεῖ. Diphilus δέξας τὼ δὲ τὸ περιπίπερον μετὰν δίς σωτῆρος ἀγαθὸν δειπνον. Apud Laërtium miratur Anacharsis Græcos minoribus poculis coenam incipere, maioribus finire, πῶς οἱ Ἑλληνes ἀρχόντες τὸν πίνουσι, πλανέοντες δὲ τὸν μεράλοις. Honoratis viris semper plenum poculum porrigebat, ait lib. 5. Athenæus ex æquo, τοῖς ἐνπιωτάτοις δὲ πάντες παρεῖχεν τὸ ποτήσιον, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐδὲ τοῖς. Agamemnon ait Idomenei, σὺν δὲ πλεῖστον δέπας ἴσημον ἔχει. Poculum tibi ut mihi plenum prabeatur. Suidas περὶ περστὸν πρατήρων ὀλυμπίων φασι, διπέρον ἱρῷν, τείτον σωτῆρον, δὲ καὶ τάλαιον, δὲ τὸ σωτῆρι, καὶ ὀλυμπίῳ, ut Plato in Symposio.

De Præbibendo.

C A P V T X I X.

Moris olim fuit ut bibentes meminissent Deorum, regum, amicorum honoris causa, ut ait Athenæus ἀντρόν τὸ βασιλέων γένος καλῶς, causa victoria Antigoni regis bene sit. Sup. ἑρα. Item, φέρε περὶ τον φίδιον ἀφεδίτας, χωρετε ἄνδρες συμπόνι. Affer tertium poculum care l'eneris. Saluere viri coniuia. Plutarchus in Demetrio, ιδέων ἕκκει περὶ πότον δημιότες λαμβανόντων, δικιστέον βασιλεός,

σελίδικα δι' ἀλεφαντάρχων, iucundè accipiebat eorum qui in conuiuio essent, libationes, & vini fusiones acclamantium, Demetrij regis, & Selencij elephantarchi. Τοις δέ χρόνοις καὶ αὐτὸν ἐπὶ τῷ σωματεῖον σωτῆρος καλέσοι, Libatum fusionique vinum inter epulas servatoris vocant. Apud Laërtium leges Xenocratem χειρῶν σεφάγω πρινθέντα ἐπὶ ἄλλῳ πολυποσίας τοῖς καταχέσοι φίδιον στήνων ποράγγων θεῖναι τοὺς & ιδρυμάτων ἥρματα, ἔντα τηρητὰ ποθένα τῷ τόπῳ ἀνδρίνας ἔνθετον. *Aurea corona honestatum à Dionysio tyranno*, quia bibendo vicerat, coronam ad statuam Mercurij suspendisse, unde corona è floribus suspendebantur. Hæc verba solemnia fuerunt cùm propinarent, περπίναντες καλέσοντες λαμπάδαν απὸ τοῦ οἴνου, prabibo tibi pulcrè, accipio à te hilariter, vt est in colloquio quotidiano. Interdum post cottabifimum præbibeant. Cicero 1. *Tuscul.* Theramenes cùm vinum bibisset, reliquum sic è poculo eiecit vt resonaret, quo sonitu redditio ridens, propino, inquit, hoc pulcro Critiæ. Græci enim in conuiuio solent nominare cui poculum tradituri sunt. Apud Hometum θεοὶ χειρότοις δεξιάς δεξέχοτο ἀλλάκτοις. *Dij aureis poculis* sè iniicem excipiebant. ἐδεξέντο τοῖς στεγπίνοντες ἑαυτοῖς τῷ στεγῷ δι' οὐτρες τῷ ποτήρῳ. Excipiebant dextra sibi inter se propinantes, & dextera poculum dantes. Vlpianus ad Demosth. de falsa legat. ἀπει φίλοι γίγνεται ἐν τοῖς συμποσίοις τῷ στεγπίνοντες ἀλλάκτοις τοῖς ποτηρίοις, Quod fieri solet in coniuicijs, ut se poculis excipiiant. Sæpe rex ea pocula cùm aurea essent dabat, bibentibus πολλάκις δὲ φασι ταῦτα τὰ ποτηρία χαρίζεσθαι & βασιλέα οἷς περπίνειν χρυσοῦ ὄντα τῷ πότῳ δι' περπίνειν. περπίνειν propriè est præbibere, & alteri calicem porrígere. περπίνειν φιλοποιόν, ἀντιπερπίνειν δύοτα lib. 3. Athen. In coniuicijs acclamabant

bant boni ominis caussa, εὖ δειπνίστεις, bene coenes, lib. 4. ibidem. In Scolio Pindari, ἀγάθων ἐπὶ καλῶ κόπατον supple, ἐπικυλῶ, φημίσω, Agathoni Cottabum hunc nunc ipso. Ἐλκην, αστᾶν, bibete, obducere, lib. 11. Teleclides, μέλιχον οἰνον ἔκεινον ἐξαδυπόνον λεπτάτον, κρατήρας ἐξερρέθειτο, οὐν περπίνος χωρεῖ, Cratera largiter vi- no impleta est, iam incipiunt coniuina poculis se invitare. Lib. 4. moris fuit vt in quaue mensa poneretur poculum mixtum aqua, ποτίσσον ἐν ἐκεῖνῃ περπίνᾳ περπίνειτο κρεμάλινον ὑδατός, malo πεκραμένον. In Cottabo tamen æramentum supinum suspendebatur è lacunari, quasi operculum lychni, quod lucernam fert sibi impositam. τὸ κοπάθεον ἐκριματο απὸ τῆς δρόψι, ὑπέλον τε, καὶ λεια χαλκεί πεποιημένον, ωτες λυχνία τὸ διπλέμα δὲ τὸ πάγκον ἐπ' αὐτῷ φέρει, ait Pollux. Athenæo καταπτοι κόπατοι. Præmia Cottabo ludentium oua, placenta, πέμπαται, tragemata, aut pyramuns, incuruabant digito, & in hoc ludo in obliquum torquebant, quod Antiphanes dixit, ἀνθητικῶς καρκινῶς τὸς δικτύλως, sicut cancer cùm se mouet in obliquum. Quod diximus Carorum nomina bibentes appellasse ostendit Poëta lib. 7. Antholog.

Ἔχει λαζαρίκης καύθεις δέκα, & ἡ ποδεῖνης
ἐνφράντης ἔνα μοι ἵππο δίδυς καθαδον.

Infunde Lirodices decem cyathos, ponem Euphrantes amabilis. Theocritus Idyl. 6.

ἡ πιοναι μαλακῶς μεριμνέων ἀμάλακτος.

Bibo molliter memor Agianactos. Asconius lib. 3. in Verrem, Numerum cyathis libabant salutantes primò Deos, deinde amicos suos nominatim. Nam toties merum bibunt, quoties Deos & caros suos nominatim bibunt. Inter bibendum dominiam

σειδίκη δὲ ἐλεφαντάρχης, incundē accipiebat eorum quis in coniuicio essent, libationes, & vini fusiones acclamantium. Demetrij regis, & Seleni elephantarchi. οὐδὲ χρόμων κύασον εἰς τὸ σωτήριον κυλόσι, Libatum fusumque vinum inter epulas fernatoris vocant. Apud Laertium leges Xenocratem χειρῷ σεφένῳ πρινέντα ἐπ' ἄθλῳ πολυποσίας τοῖς καταχρεοῖς φέρει. Διονυσίῳ πυράννῳ θεῖαι προς & ιδρυμάριον ἕρμον, ἔντα περ ποθένει τὸ τόδινον ἀνδρεῖον. Aurea corona honestatum à Dionysio tyranno, quia bibendo vicerat, coronam ad statuam Mercurij suspendisse, unde corone à floribus suspendebantur. Hæc verba solemnia fuerunt cùm propinarent, πρεπήνων τοις κυλόσι, λατεύάντοις σε ίδεις, præbibo tibi pulcrè, accipio à te hilariiter, vt est in colloquiis quotidianis. Interdum post cottabismum præbibeant. Cicero 1. Tusc. Theramenes cùm vinum bibisset, reliquum sic è poculo eiecit vt resonaret, quo sonitu redditio ridens, propino, inquit, hoc pulcro Critiae. Græci enim in coniuicio solent nominare cui poculum tradituri sunt. Apud Homerum δεοὶ χειρόσι δεκάσοι μελέστοι ἄλλιαν. Dij aureis poculis se iniucem excipiebant. οὐδὲντο τοῖς δεξιοῖς πετρίνοτες ιαυτοῖς τῇ δεξιῇ δισόντες τὸ ποτίεον. Excipiebant dextra sibi inter se propinanter, & dextera poculum dantes. Vlpianus ad Demosth. de falsa legat. ἀπερ φίλη γέγεντο εἰς τοῖς συμποσίοις τὸ δεξιόν ἄλλιαν τοῖς ποτηρίοις. Quod fieri solet in coniuicijs, ut se pocules excipiant. Sepe rex ea pocula cùm aurea essent dabat bibentibus. πολλάκις δέ φασι τῶν τὰ ποτήρια χειρίδες & βεστία οἷς περπίνοι χειροῦ ὅντα τὴν τοῦ περπίνου προπίνειν. περπίνειν propriè est præbibere, & alteri calicem porrigitere. περπίνειν φιλοποιοῖς, ἀπερπίνειν ὄμοια lib. 3. Athen. In coniuicijs acclamabant

bant boni ominis caullà, τὸ σταθμανας, bene eones, lib. 4. ibidem. In Scolio Pindari, αὐτὸς δὲ πλειότερος supple, οὐδειλῶς, φανῆσον, Agathoni Cottabum hunc nuncupo. ξακνη, επον, bibere, obducere, lib. 11. Teleclides, μελέτος οὐτοις οὐκέτι εἰς διδυμοῦ λεπάσια. Χαρτὶς Κέρρειον, οὐρανοῖς περιπολεῖται, Cratera largiter eti- no impleta est, iam incipiunt coniuncta pocula se iniucere. Lib. 4. moris fuit vt in quaque mensa poneretur poculum mixtum aqua, ποτίεον δὲ οὐ περιπολεῖται πρεπεῖδει πρεπεῖδει περιπολεῖται, malo κακοπολεῖται. In Cottabo tamen eramentum supinum suspendebatur è lacunari, quasi operculum lychni, quod lucernam fert sibi impositam. τὸ κοπιλαβεῖτο ἐκρίματε ἀπὸ τῆς ὄρεως, οὐδὲν τε, τὸ λεῖψα χαλκὸν περονεύτρον, οὐδὲν λυχνίον τὸ ὀπίσθια δὲ τὸ λύχνον ἐπ' αὐτῷ φέρει, ait Pol- lux. Athenæο κατηγορούσι τοις. Praemissi Cottabō ludentium oua, placenta, πύματα, tragemata, aut pyramuns, incuruabant digito, & in hoc ludo in obliquum torquebant, quod Antiphanes dixit, συλλιπός παρκινοῦ τὰς δικτύλις, sicut cancer cùm se mouet in obliquum. Quod diximus Carorum nomina bibentes appellasse ostendit Poëta lib. 7.

Antholog.

Ἐλέτη λιγεσδίππης κυάθει δέκει, τὸ περπίνης
ἐνεφράντης ἴνα μοι λίποι δέδει κυάσον.

Infunde Lirodices decem cyathos, ponem Euphrantes amabilis. Theocritus Idyl. 6.

τὸ πιοναι μαλακῶς παρμηρῶς ἀγάπαιον.
Bibo molliter memor Agianačtos. Asconius lib. 3. in Verrem, Numerum cyathis libabant salutantes primò Deos, deinde amicos suos nominatim. Nam toties merum bibunt, quoties Deos & caros suos nominatim bibunt. Inter bibendum dominiam

nominare iussi. Horatius,

— dicat Opuntia

Frater Megilla quo beatus

Vulnere, qua pereat sagitta.

Plautus in *Sticho*, Bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene nostram etiam Stephanum. Theocrit. *Idyl. 14.*

*Ἄνθη ἐπὶ τρεχίοντι θεῷ διέβατον
ἔπει πνεύματι ἀκατάτοις τοῖσι τοῖσιν. πατέρες μητέρες τοῖς τοῖς εἰναιν.*
Iam procedente cena, visum infundi merum quodcumque quisque vellet, oportuit tanum dicere quod vellet.
Martial. lib. 9. epigr. 95.

Nunc mibi dic quis erit, cui te, Calatisse Deorum

Sex iubeo cyathos fundere? Cæsar erit.

Sutilis aptetur decies rosa crinibus, ut sit

Qui posuit sacra nobile gentis opus.

Id est, Domitianus, qui templo Flavia posuit. Inter pocula igitur amicis, aut regibus bene precabantur. Xiphilinus scribit Commodum in Theatro feras confidemt pulcherrimæ foeminae manu poculum vini accepisse, & cum biberet cum Senatu populum acclamassem, τὸν τοῖς συμποσίοις γιασός λέγεται, ζήτεται. Vide Suidam, ζήτεται ἐν τῷ ἀντικρίῳ. Επιδέξια οινοχοῖ, Pindari Scholiaestes *Ode 6. Olympian*, scitè, commodiè, alij ordine cum à dextris incipiatur. Sic ἐπιδέξια ἀναβάλλεται, eleganter amiciri. Σταρισέρα πειθελλῆς, finistrè & ineleganter.

De Cottabo.

C A P V T X X .

V Eteres adeò Cottabi fuere studiosi, ait apud Athenæum Hegesander, ut vasa facerent seu calices

calices ad ludum opportunos qui Cottabides dicesti, tum verò ædificium rotundum ut cottabo in medio constituto ex æquis spatiis de victoria cuius præmium Cottabion concertarent. Suidas πολυγύνιον παρ' ἀθηναϊοῖς τοῖσι τοῖσιν. πατέρες μητέρες τοῖς τοῖς εἰναιν. πλὴν ἐν τῇ γῇ ἡ ἐπέρα ἐπάνω, &c. Lusus talis erat. Defixa erat in terra quædam virga oblonga, & alia supra eam commota ut in statera, habebat autem duas lances suspensas, & duos crateras aquæ sub lancibus, & sub aqua statuam æneam inauratam. Id obtinquit in coniuuiis, & omnibus ludentibus exsurgebat aliquis phialam habens merum plenam, & à longè stans quod vini ex epota phiala supererat id totum ad stillam usque vnam mittebat in lancem ut repleta grauis fieret & descendens feriret caput statuarum quæ latebat sub aqua, & sonitum faceret, quique ita iaceret ut ne gutta quidem vna effunderetur vincebat, & canebat quasi ab amica redamaretur, si aliquid in terram cecidisset aut sonitum non fecisset vincebatur. Statua sub aqua latens dicta Manes. Tzetzes Chilidae 6. cap. 85. In coniuicio, inquit, erat statera & ollulae ex vitroque latere stateræ sub lancibus. Ollulae istæ in medio habebant statunculas dictas Manes. Comissatores cum impletissent os suum eo vino, quod dicebatur latax, seu latage, humor & fluxus, id iniiciebant in vnam è lancis, hoc est, expuebant & eiaculabantur. Is dictus cottabus. Si igitur iectu vini lanx deorsum vergeret, & sonitum fecisset Manem in caput feriens, lusor vincebat, sin minus rissi erat. Paulò aliter Pollux lib. 6. cap. 19. κοτταζεῖν ἐχεμάτο ἄπο Φρόφου ὅπλον τε ἢ λείς χαλκῆ πονημένον, &c. Cotta-

bium à culmine suspendebatur supinum ex are leuis factum, ut candelabri operculum quod candelam su- finet. Erat deinde virga quedam longa quam cottabicam vocabant, & rotunda peluis caua, quam & chalceum & scapham vocarunt, poloque horas indicanti erat persimilis. Sed cottabo à culmine suspenso ludentem sonum quandam edere oportebat qui latax dictus. Aristophanes cottabium catacton vocat, ruptilem cottabum assimilans illud tubæ tintinabulo. Peluis porrò aqua implebatur cui globus innatabat lanx, & Manes statua, tres myrti & tria acetabula, & qui humida manu cottabum contingens aliquod horum adipiscitur laudatur: sed qui plurima eorum quæ innatabant submergit, cottabia pro præmio accipiebat. Pollux latagen esse vult sonum qui editur iniecto vino. Tzetzes & Aristophanis Scholia stes guttam vini quod in poculo remanet. Callimachus,

πολλοὶ δὲ φιλέοντες ἀκέπτοις θύγατρας,
ἀνοκοτι τη σκελάς ἐπι κυλίκων λατάρας.

Muli amantes iaculum emiserunt humi, sed meribones Siculas ex calicibus guttas mitunt. Athenæus lib. 15. Cottabium est lucernula sublimis habens Manem ex quo percussam lanceam deorsum cadere oportuit. Quod reliquum erat è vino epoto dictum latage, quod manu conuersa ex alto iaciebant in cottabium ludentes, ait Athenæus. Hesychius, qui cottabos proiiciebant τὴν δέξιὰν χεῖρα ἵκειλοι κυκλοῦτες ἀντὶς ὁς ἐννιν φραστούται, dexteram manum inflebant sinuantes eam perquam decenter. Athenæus lib. 11. Oportebat læuo cubito innixos, & dextra cubitum circulantes κυκλώσαντα molliter

ὑγρῶς

ὑγρῶς mittere latagen. Apud Eustachium lib. 2. lind. Åschylus vocat cottabos ἄκνωτες à flexione cūbiti. Præmia inferebantur in coniuncta quæ darentur victoribus & dicerentur Cottabea, erant bellaria, tragemata, placentæ, oua. Cottabi catacti & ruptiles, de quibus suprà egimus, sunt lucernæ sursum sublatæ & mox delapsæ. Athenæus lib. 15. οὐδὲ τὸ λυχνία ἀναρόμηνα τάλιν τε συμπίσσοντα. Vide Aristophanis Scholia sten in Pace. Nimius enim in his ludicris sum. Thraces in Cornibus præbibeant. Xenophon pag. 315. ἡ πέρας λαβεῖν περπίνω τοι εἴφη, Cornu accepio dixit, Prebibō tibi. Athenæus lib. 6. Lacones non habent οεγμότες, δη φιλοπότας. Lib. 15. Mos erat vt surgentes à cena cum libassent, quod vini meri supererat, puerοι qui porreverat illud darent bibendum. οὐδεὶς δὲ αναστῶν δεῖπνον δη μετέστησε, τὸ λοιπὸν δὲ ἀκράτε τῷ μελένῃ πανδὶ εἰπεῖν διδόναι.

Rursum de Cottabo.

C A P V T X X I.

Cottabus dictus cum bibentes si quid in potulo reliquum erat ita in solum alliderent vt sonitum faceret. Hesychius, ἄκνωτος ἀπόκηκλωμένη, δη σωματικόν εἰς ἀποκοπασιούνται. Cottabi latus ortus est à Siculis, quibus latage dicitur liquor ex potionē reliquus. Cottabus item præmiūm propositum victori in potu. Euripides,

πίνων δὲ ἔβαλλον βακχέων τοξίδιαστον
κύρα γέγενθε, δη βάλλονται δὲ σφέντη

ἐπώ πετάγμων ἀθλα κοπίσων διδέσ.

*Crebris iictibus bacchi, seris impetebant caput, ego eram
constitutus, ut ei qui destinatum locum feriebat impo-
nerem coronam dato in præmium cottabo. Elata in sum-
mum caput, & inuersa manu, quod ex portione re-
liquum erat in solum allidebant vt suprà docuit
Hesychius. Aristophanis Scholia in *Pace*, p[er]adū
ην μεντρα πεπημένη εν τῇ γη, η ἐπέρα ἐπίγεια ἀνθης κυνε-
μένης ἡσθί ζυγία. Vide locum Scholia, & Athenaeum
lib. 11. & 15. Valer. Max. *lib. 3. cap. 2.* Ther-
ramenes, quod supererat illis humo clarum
edere sonum coëgit, renidensque Critiæ, inquit,
propino. Athenæus *lib. 10.* κόπλειος τοῖς ὕψων
παιγνιον σκελικὸν, Cottabus amantibus ludicum est
Siculum. Horatius,*

*Absumet heres Cœcuba dignior
Seruata centum clauibus, & mero
Tinget paumentum superbo
Pontificum potiore cœnis.*

Tingebar per Cottabismum. Plinius *lib. 24. cap. vlt.* Tricongium ait optima fide bibisse, nihilque
ad elidendum in paumento sonum ex vino reli-
quisse. Cottabus, item vas fuit in quo latagæ po-
nebantur. Sed & accensos quosdam cottabos nun-
cupabant, κατάκτες, id est, *lucernas* que suspensa
dimittebantur. Vide Athenæum *lib. 10. 11. & 15.*
Suidam in voce *Cottabus*, & Pollucem *lib. 10.* Ety-
mologicum *Cottabus*, inquit, in medio discum-
bentium vas erat positū vino plenum, in quo aliud
minoris formæ vasculum fluitabat, in quod opor-
tebat ita reliquum potionis iniicere, vt deprime-
retur, idque erat indicium, vel vxori vel liberis
qui iniecerat, esse carum:

De

De alijs Potionibus.

C A P V T X X I I .

Plinius *lib. 14. cap. 13.* Lautissima fuisse scribit
Apud priscos vina murræ, odore condita, de
quibus consule Columell. *lib. 12. cap. 20.* Festus,
Murrhinam Græci Nectar vocant. Gellius *lib. 10.*
cap. 23. Mulieres bibere solitas loram, passum mur-
rhinam, & quæ id genus eportant potu dulcia. Vi-
num ἔξεσκος, vappa, βάμψα δέσποτης, κακή Suidæ. Lu-
cilius,

*Qui gallam bibere, ac rugas conducere ventri.
Quia gallæ atramentariæ colorem refert. Vina
crusia, sublesta, fugientia Lucillio. οἶνος ἐνφα-
τίδης, καπνίας. Olim abeuntes cœna non Loui per-
fecto, sed Mercurio libabant super linguis, quia &
Deorum nuntius est, & somni præses. Athenæus,
ἀπὸ τῆς δείπνων ἀναλύοντες ταῦτα ἐρμῆ, ή ἡχη ὡς ὑστε-
ρεν τελείω διῖ, ἐρμῆς ψυχής της ταῦτα πεπονθεῖσι ή ἀντα-
ή δὲ τῇ γλώσσῃ εἰς τῆς δείπνων ἀπόντες. Post cœnam
philothesia potio fuit pro conseruanda amicitia.
Hesychius, φιλοτοίσια περὶ της μητρὸς τῶν δείπνων ταῦτα
φιλιας. Idem ait veteres ad tres aquæ partes unam
vini miscuisse. ἀρεταὶ τεία, ἐπεὶ τὸ πάλαι τεία μετὰ
ἐκπιρνάτο, η τὸ τεταρτὸν οίνου. Athenæus *lib. 1.* Ex eo
coniicit Ægyptios bibaces fuisse, quodd soli homi-
num ante omnem cibum olera cocta comedenter.
ὅπερ τῷ φίλοιοι αὐγήσιοι σημεῖον η τὸ τεῖχος μόνοις ἀντοῖς
ὡς νόμιμον εἰ τοῖς δείπνοις ταῦτα ταῦτα ἐθεούσαν κράμ-
εις ἐδίκτην ἐφθάσι, η μέχει τῷ δεῦρο. Timæus tamen
scribit Sybaritas antequam bibunt olera comedede-*

S s s s re.

re. Pitissare est vinum gustare. Terent. in se ipsum cruciante, pitissando modò, vini quid mihi absumpsit. In Græcia varius bibendi mos, pro ciuitatum varietate, ait Athenæus lib. 1. Chius & Thasius incipiunt à magnis poculis ad dexteram, εν μεγάλων κυλίκων ἐνθέξα πίνει. Atticus à paruis ad dexteram, vt in veneratione dextrorum circumaguntur, sic in conuiuio patera in dextrum circumferuntur. Ausonius,

*Vi solitum, quoties dextra in uitatio mense
Sollicitat comem loni sermone Lyam.*

Iliad. 1.

— θεοῖς ἐνθέξα πᾶσιν

φίνοχός γλυκὺν νέκταρ.

Pitissare ἐπορέχειν, ἐποτίνειν. Subbibere dicebat Nero. Bréχεin bibere. Longus lib. 2. Pastoralium. ύδον δι γέροντες ἐποτείρευμένοι τεχεὶς ἀλλήλους πολλὰ ἔλεγον. Thessalus magna pocula propinat ab initio cui vult, εκπομπα τεχνήν ὅτῳ αὐτοῦ μεγάλο. Lacedæmoni quisque quod sibi oppositum est, bibit, τινὲς τῷ αὐτῷ ἐνθέξο την, supple κύλικα. Acrothoraces apud Lucianum dicuntur qui vino plusculum incaluerunt in Lexiphane, vt & Aristoteles in problem. sett. 3. q. 2. & 16. Clemens tamen lib. 2. Pædag. cap. 2. Acrothoraca dici vult, qui animo & corpore inter vina sibi constat nec penitus afficitur. ὁ ἔχων τινὲς μηνύεις ύδο τὸ σῶμα ἀστιλτον οἴνῳ, ύδο αὐτάδυντον. Vide Pollucem lib. 6. Initio minutis poculis more Attico bibeant, vbi incaluissent maioribus, quia, vt notat Alexander Aphrodiseus, sensim fuere stomachi, venarūmque angustie laxandæ, non per initia obruendæ. Virgiliius & Eneid.

Postquam

*Postquam prima quies epulis, mensaque remote,
Crateras magnos starnunt.*

Lib. 3. in Verr. Poscunt maioribus poculis. Facta est in uitatio vt Græco more biberetur. Iliados 9.

μείζονα ὃ κρητῆρα μνοτέλλοντες καθίσα,
ζωρότερον ὃ κέραιρε.

Fili Menæti maiorem craterem appone, & meracius misce. Philo de Methè, ύδραντι μὲν ἀπὸ τῆς βραχιτέρων καθάρων, τεχνεῖσι ὃ τοῖς μείζοις οἰνοχοῖς ἐλέχην ἀσφεγγάλλεται. Incipiunt à minutis poculis, longius progressi iubent oscillatores maioribus ministrare. Alex. Aphrod. lib. 1. ἀρξάμενοι εὖ μηκεῖς πάντας, πληρωθέντες ὃ εὖ μεγάλοις ποτηρίοις. Hesychius ἀρυστῆρας, ἀρυσίχεις, ἀρυστῆς τὸς ἀποδεξὶ πόσεις vocat. Apud Athenæum lib. 6. λαγυσφορία, φεγνότη festa, vbi lagēnas siccant. Vina sublecta olim coquebant. Suidas ἄπορος οἶνος οὐ μὴ ἰσθός, ύδο ἐναδευδρίπτος, quod non coctum est, sed nascitur in affita arbore vinum dicitur apyrum.

ἵδης τε πάντες οἴνος ἀφεσθήτης γάλα.

Venum potni suave, Veneris lac. Varro, vino nihil iucundius quidquam cluet. Hoc cōtinet coagulum coniuia, hoc hilaritatis dulce seminarium, hoc ægritudinem ad medendam inuenerunt.

Ἄπαντας τοῖς φεγνέσι τεχνοφιλέστατε
μόνυμος, ύδο σοφώτατε, οὐδὲν της τοῦ,
ὅταν πατεινὸν μέτα φεγνέν τοντος μόνος,
ἢ τὰς ἐφρύς αἴρεντα συμπιθης γελάντις
τὸν τ' ἀδενην τολμάν π, η δειλὸν, θρασύ.

Qui à summo ad imum bibunt dicuntur εὖ κύκλῳ πάντεν, in circulo bibere, apud Athenæum. Plaut. in Persa, Age puere à summo septenis cyathis commite hos ludos. Idem in Asinaria, Da puere à summo

summo age tū interibi ab infimo da suauium. Cicero de Senect. Is sermo qui more maiorum à summo adhibetur in poculis. Plaut. in Persa, Age circumfer mustum à summo. Interdum totam noctem inter pocula ducebant, & si quid in calice superferuerat, illud diis manibus effundebant. ἐνοχρασία ἡ χθεσιν κράσις, ὅ δὲ λειψανος χθεσιν κρατήρ. ὁ κατέχεων τὴν ἀποκριθέντων οἱ διαπανυχουστες, ait Eustathius.

De vomitionibus inter vina.

C A P V T X X I I I .

CVm in vino peruigilarent, & pergræcarentur, eos vino madentes & meiere, & vomere oportuit, cum ut onere leuarentur, tum ut ad crapulam recentes ac noui redirent. Certe Vitellius facile omnibus sufficiebat vomitandi consuetudine, ait Sueton. cap. 13. Dio de eodem, ἀπόλιτος ἐμφορέων, ἢ σωμαχῶς πάντα ἔγειρες ὡς μόνη τῇ παρόδῳ τῷ στίλῳ σχίζεσθε, infatibiliter in cibos effusus, & assidue omnia euomens, ut solo transitu ciborum aleretur. Cicero lib. 13. epist. ad Atticum, εμπτυλι agere dixit. Seneca epist. 88. Quid liberale habent isti ieuni vomitores, quorum corpora in sagina, animi in macie, & veterno sunt. Epist. 122. Iste non videntur tibi contra naturam viuere, qui ieuni bibunt, qui vinum recipiunt inanibus venis, & ad cibum ebrij transeunt. Plinius lib. 23. Asclepiades damnauit meritò & vomitiones tunc supra modum frequentes. Cicero pro Deiot. Cum vomere post

post coenam velle te dixisses ô Cæsar, in balneum re ducere ceperunt. Vomebant enim in balneis saturi. Iuuenalis ideo dixit,

Et crudum paonem in balnea portas.

Seneca epist. 83. Quum penes te palma fuerit, & propinaciones tuas strati somno, ac vomitantes recusauerint, cum superstes toti coniuicio fueris, &c. & nemo tam vini capax fuerit, vinceris à dolio. Ipsæ fœminæ perpetabant, vomitabant. Epist. 95. Non minus peruigilant, non minus potant, & oleo, & mero viros prouocant, atque inuitis ingestâ visceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur. Plinius lib. 26. cap. 3. Asclepiades merito damnauit & vomitiones supra modum frequentes. Iuuenal. Sat. 6.

— *Nam sic tanquam alta in dolia longus
Deciderit serpens vomit, & bibit.*

Martial. lib. 7. epigr. 66.

*Nec coenat prius, aut recumbit ante
Quām septem vomuit meri deunes.*

Lib. 6. ep. 89.

*Ille fide summa testa data vina remensus
Reddidit xenophori pondera plena sui.*

Alij coniuixæ qui moderatores videntur, ait Philo lib. de vita contemplat. ὥστε πανδράγχαρας & ἄκρατος πόντες ἐποιεῖν, ἢ & ἐνώνυμος ἀβύνοντες πεγματόντες, ἢ & αὐχένα ἐπαφορος ἀπίστευτας, ἐνεδράποιος & κύλιξιν, ὅπων βαθεὶς πέλοντο μηδὲ μετέ idovtes ὡς πιάν μούνος ἔχοντες αἰδονον τῷ ἀνδραποδεστάτῳ γένον, Quum vinum ut mandragoram biberint, sub mensa eiiciunt, & leuo cubito protenso, cervice inflexa & contorta in calices exonerato per vomitum vino alto somno consopiantur, auditu & visu priuati, ut qui unicum

unicum gustandi sensum qui maximè seruiles est habent. Vide Celsum cap. 3. lib. 1. cap. 12. lib. 2. Plutarchum lib. de sanitate tuenda. Philo de vita Caij, δημολεσίαι τε ἀκεραι, ἡ ἔμετοι ἡ ἀδίσ πάλιν οὐοφλυγίαι. Calidae lotiones intempestinae, & vomitiones, & rursum perpotationes. Seneca lib. de prouidentia, Hi quicquid biberunt vomitu remetiuntur. Vitellio in os pinna indebatur ut vomeret. Pompeius apud Plutarchum cuidam quens ditauerat dixit, Feci te ex νεκροπολι κατέπον, ex esuriente vomitorem. Galenus lib. de vsu partium, laudat eos qui quot mensibus vomitione vtuntur. Sed non tantum vomebant, verum & vesicam exonerabant. Athenaeus lib. 12. Sibaritæ primi ἐξεγερ ἀμιδας ἀς εἰσθέρεγεν εἰς τὰ συμποσία, inuenierunt matulas quas in conuiuia forebant. Idem lib. 1. scribit in coimputationibus fuisse αμιδας, matulas. Sophocles in Achaorūm conuiuio,

ἀλλ' ἐμφὶ δυρῷ τὸν κακόδομον ἕραν
ἔργον, οὐδὲ ἥμαρτε, οὐδὲ δὲ ἐμφὶ καρπά
κατάγων τὸ τεῦχος & μύρα τανέον,
ἴδειματέμιν δὲ & φίλης δοράς Σπ.

Ira fremens graniter olement ille matulam
Fecit, nec errauit, meum namque ad caput
Vas rumpitur, fragrantis unguenti nihil
Spirans, odoris feditate inhorru.

Hermippus μηδεδιώς ἐνρέσοι ἡ τεῖ θεοί. Vinum Mendaeum tandem bibunt Dij, donec illud meiere cogantur. Solebant igitur, ait Athenaeus, η τὰς αμιδας ἀλλίοις θεικαταγῆναι, matulas ad capita allisas inter se frangere. Demosthenes ἐνέρεγεν τε ἡμῶν, η τὰς αμιδας κατεργάγον, in ea quæ est aduersus Cononem, nos lotio perfundebant, & matulas inter se frangebant. Plautus in Captiuis, Nisi qui colaphos perpeti potis

parasi

parasitus, frangique aulas in caput. Vnde & parafiti Plauto dicti, Duricapitones. Åeschylus apud Athenaeum lib. 1. idem dicit quod Sophocles. Ibidem dicitur Eupolis primus τὸ ἁμιδόνομα ἡγήσας, nomen matulæ induxisse, scilicet in scenam, quum tamen prius in vsu communi esset. Pamphilus Siculus, ἀμίδα δέ τα πας, η πλακοωτέ της δέ τω. Det aliquis matulam, aut placentam. Romæ sub mensa videntur habuisse confluum, in quod vrina decideret. Varro apud Nonium. Sed quæ necessitas te iubet aquam effundere domi tuæ? Si vasa habes pertusa plumbum non habes? Ad quam rem nobis est confiuuim? ad quam rem vrarium? In pauimento non aedes facere lacunam, at humi facis calceos elixos. Antiqui nostri domibus latritiis paululum modo lapidibus suffundatis habitabant, ut humorem effugerent, aut fabulum iacent à pariete qui cryptas domi non habent. Apud Herodotum pag. 99. In conuiuiis est πολλαγής ἀργυρός, ὅπε διπλοὺς ἐπαπονθέστο, ἐμποστοι. Est pelvis argentea in quam conuiue lanant, vomunt, meiunt. Augustinus lib. 2. de Ciuit. Dei. Exstruantur amplissimæ, atque ornatissimæ domus vbi conuiuia opipara frequententur, vbi cumque libuerit & potuerit, diu noctuque bibatur, ludatur, vomatur, diffluatur. Cicero in Pisonem, In quo conuiuio nemo potest dicere, vtrum iste plus biberit an vomuerit, an effuderit. Bibitur usque eodem de solio ministretur. Seneca epist. 95. Inuitis ingesta visceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur.

De Coronis.

C A P V T X X I V .

Coronæ in conuiuijs adhibitæ non tantum honoris Deorum aut lætitiaæ cauſſa, ſed maxime ut vapores è vino & cibis cerebrum petentes inſtringerent. Per initia coronæ ex ſimpli lana fuere, quem oīos ἀντὸν vocat Theocritus, ouis florē, tandem ex roſis & aliis floribus qui cerebrum iuuarent. Legendus Athenæus in fragmentis de coronis. Plutarchus 1. Sympoſ. ἐπεὶ δὲ ἐπιρροὺς αἱ τράπεζαι, καὶ ſεφάνων ὡδὶ τὴν μελίσσην παθόδευτων, ἥμεται ἐπεισούσθαι. Vbi mensa ſublate ſunt cum corona à Meliſſa data eſſent, nos quidem libauiſimus. Coronabant pocula, non ſeipſos, niſi priuata ceſſa eſſer, quia ebriosorum fuit ſeipſos coronare. Vnde & Polemo coronatus cùm in Xenocratis auditorium irrupiſſet, ſibi ſenſim coronam detraxit, eo de modeſtia loquente. Plautus in Pseudolo, Quid ego video cum corona ebrium Pseudolum tuum. In Amphite. Capiam coronam mihi in caput, affimilabo med eſſe ebrium. Propertius,

Cum tua prependent demiffe in pocula ſerte.
Virgiliiſ,

— & vina coronant.

— paterāmque corona

Induit.

Synesius epift. 32. οὐδὲν δὲ πορνότερα τοῖς ταῦτα διὰ τὸ ἄρρενας εὐ ſεφάνω, καὶ μέρος μεθύοντα, καὶ καρδιῶντα. Is enim videns lenonem magnifice ambulantem in foro cum corona & unguento ebrium & comeſſantem. Theocritus,

ſeſſor πλὴν κελίσαν φορικάδα εἰδεὶς ἀντέ.

Cinge poculum purpureo oues flore. Festus, antiquissimum genus fuit coronarum lancearum. Contra Plutarcho Sympos. 3. cap. 1. moris fuſſe ostendit ut floribus caput redimirent firmando cerebro. Μᾶλιſa τὸς ἀνδρῶν εἰς τὴν τραχίλαν καθάποντες ἔποδυμίſes ἐκάλεν, καὶ τοῖς ἀπὸ τέρσων μύροις ἔχεων τὰ σκῆνη. Ideo maximè florēas coronas ex collo ſuſpendentes hy- potrymidaſ vocabant, quaſi peſtoraſ & peſtora unguento ex ijs ungebant. Athenæus in fragmentis, οἱ ἀρχαῖοι διὰ τὸς τοῖς τὸν τόνυς κεφαλαλγῶν, θεραπεύοντο τὸς πυργύτας τὴν κροτόφου πωδίστας ὀφελεῖν δοκοῦν, veteres ob dolorum capitū ex vino violentiam vincula quibus tempora vincirent inuenerunt, vitia rati. Coronant frontem, ſeſſanτο τὸ μέτωπον. Anacreon,

Ἐπεὶ δὲ ὁφρύοις τελίνων ſeſſanίκας θέμψοις.

Supra ſuperclia coronulas apij ponentes. Veteres Diis coronas conuiuales consecratunt apud Athenæum. Dionyſius Tyrannus in feſto Choum, au- ream coronam præmium posuit ei qui primus Choa ebiſiſſet, cùmque primus Xenocrates ob- duxiſſet, coronam abiens Mercurij ſtatua in aula poſitæ imposuit, τῇ τῇ καὶ ἕρτῃ τῷ τετράτῳ ἐκπόνη- χα, ἀθλοῦ ἔπικον ſeſſanōn χεινοῖ, καὶ ὅπ τερπτος ἔπικε ξενοκράτης οἱ φιλάστροι, καὶ λαβὼν τὸ ſeſſanōn χεινοῖ, καὶ ἀνειλόντος τῷ ἑρτῇ τῷ ἔδριακέρῳ ἐπὶ τὸ αὐλῆς ἐπέδειν. Laertius lib. 4. καὶ χεινοῖ ſeſſanōn πρινίστηται τὸ ἀθλὸν πολυποσίας τοῖς χῶσι, feſto Choum. Iuſtinus lib. 18. Miſſi à Senatu in Aegyptum legati cum ingentia ſibi à Ptolemaeo rege miſſa munera ſpreuiffent, in- teriectis diebus ad ceſſam in uitatis coronas au- reas miſſæ ſunt, quas illi honoris cauſa receperat

postera die statuis regis imposuerunt. Veteres caput, collum, pectus coronis ornarunt, auribus flores aut solutos auferentes imposuerunt apud Athenaeum lib. 12. & 15. Cratinus, ἀπολόν ἐς σούμβολον πόδιν, ἢ κρίνου ταφή ἐς ἑταῖρον, ad aurem tabesciebat. σέφανοι χεισοὶ corona unguento delibitare. σεφάνους ἑδρούσιον τοῖς μίνεσι, μέρρα ἡ σούμρνα ταφή αἰολεῖσται, ἐπειδὴ τὰ πωλᾶ σῇ μύρων διὰ σούμρνα ἔκδιάζετο. Myron vnguentum dicunt à myrrha, non à μύρεσι ἡγε τακτὴ καλλιμέρη διὰ μυρνας μέρρας. Theophrastus de odoribus ait ex murra scissa oleum sponte fluere, εἰς σούμρνα κοποῦσθαι ἔλαιον τοῦ τακτὴ καλέται διὰ τὰ μυρρὶν σάζεται, ὃ διὰ μόνον πνεύ φεστιν ἐπέποι οὐ ἀσώσεται τῇ μύρων, τὰ δὲ ἄλλα τάντα σώσεται. Samiaci olei meminit Antiphon apud Athen lib. 2. fuit & ἀρχέτινον oleum ex spinis in Carmania. ἀγνῶν & ἀρχέτινον peculiare genus spinæ Plinio lib. 24. cap. 12. Spinæ plures, alba, regia, acuta, Arabica, Aegyptiaca. Apud Eustathium ex Ctesia rex vñus achanti no oleo. ἕσεράνων δὲ τὰ σύνδητα εἰς εὐάρσην ταῦτα ἐπιδιώτατα ἡ καρδία, coronabant pectus & unguento inungebant quia ibi est cor, ait Athenaeus. Anacreon πάντας ψευδομάρτινος στοιχίον λατίνας ἔθεντο, circa pectus toti coronas pectorales posuerunt. Plutarchus de Daemonio Socratis, τεφένας θεοῖς ἔχεται εἰς τὸ ἔλατον, οἷς δὲ τὰ δίκτην, ινος δὲ τὸ χετονία τῇ γυναικῶν ἀμπτερόντων μεθενότας ἀπτρικά πόρον κατα χρημάτες μὲν γυναικῶν. Coronas densas habentes, alijs absterit, alijs piceas, quidam tunica mulierib[us] amicti, ebrios innotata comedessione uisos cum mulierib[us]. Clemens lib. 2. Pedag. cap. 2. οἱ δὲ τὸ βαυχάδιτες ἀδι ἀνδρεῖς σφάνων ὀργάνων, Bacchantes non sine coronis sunt. ἀρχάτης ἀμφεπινας σέφανος σούμβολον, Corona signum est securitatis cura expertis

expertis & turba. Homerus,

κέρος δὲ πρινῆς ἐπειδὴ τοτοῦ.

Suidas τὸ παλαιὸν τοῖς διωχθείνασι πελάστη σέφανος κατατύχειν τὸ κράνος λόπον τῷ εἴναι σφρύνει. Veteres inter vina capita coronis cingebant refrigerando capiti à vini vaporibus. Horatius lib. 1.

Displacent nexa Philyra corona.

Scholia stes apud Homerum διατίθεντο τοτοῦ κρατῆρες, καὶ ταρχεῖσι ποιοῦσι τοις σιωπὴς χάρειν, Coronantur vino pocula boni omnis causa. Athenaeus lib. 5. Veteres coronis vñi quæ cuique Deo propriæ erant.

De Lucernis.

C A P V T X X V.

Q Via de nocte conuiua agitabantur, lucernas accendi oportuit. Virgil. lib. 1. Aeneid.

— dependent lychni laquearibus aureis

Incensi, & noctem flammis finalia vincunt.

Athenaeus lib. 10. Tres coenoptæ præbebant cœnstantibus lucernas & elychnia. Plutarchus in Areto, λαμπτήδες, οὐ σφάνων ἀνοικτοῖς δέλαιοι ἀντο. Cum lampades & coronas serui eius emissent. Apud Athenaeum trapezopoius ὁ λύχνος ἐτοιμάστως. Martialis lib. 14.

Illustrēt cum tota mea conuiua flammis,

Totque geram mycos, una lucerna vocor.

Qui ibant ad coenam de nocte passimi Vulcanum in cornu rasili gerebant in Græcia, excepito Lacedæmonem, ubi sine lucerna domum à Syssitiis redibant. Athenaeus lib. 4. in conuiuio Carari ἀγαπηταδισῶν δέδεις ἐφάνησον λάστρα καὶ μηχανὰς γεδενταν

Ἄλλοι φραγμάτων, aperta cœnatione lucernæ extiterunt & apparuerunt conueris pluteis qui obiecti erant. γαστεῖα γαστεῖα verribulæ. Lib. de mundo διὰ μῆτρα ὄργανα γαστεῖα πολλὰς καὶ τεκνίας ἀποτελεῖσθαι. Una organi conuersione multa & varia patriter administrant. φράγματα Plato καὶ θεράπυμα tabulata. Erotes, Panes Diana, Mercurij sunt lucernæ vel candelabra. Vide Plutarchum in Antonio de Cleopatra lucernis in Sicilia. Sic apud Homerum in Phœacibus simulactra iuuenum in angulis cœnationum faces tenent.

χρύσοις δὲ ἡραὶ καὶ εἰς εὐδημάτων δὴ βαρύτεροι αἰδομένεις διδύτις καὶ χρυσὸν ἔχοντες φαινόντες νῦντες καὶ δώματα διατυπούονται.

Lucretius,

— aurea sunt iuuenum simulacra per ades
Lampadas igniferas manibus reuinientia dextris
Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur.

De Unguentis.

C A P V T X X V I .

PRIMI IONES vnguenta in conuiuiis, coronas, & secundæ mensæ consuetudinem, si Valerio Max. fides lib.2. cap. 6. usurparunt. Adhibuerunt autem sibi vnguenta conuiuæ, ut cerebrum contra vapores è vino firmarent. Martialis,

Vnguentum fateor bonum dedisti,
Corneli, mibi, sed nihil scidisti.

Horatius,

Nardi parnus onyx elicit cadum,
Qui nunc Sulpicius accubas borreis.

Plinius

Plinius lib. 13. cap. 1. Vnguenta scribit à Persis reperta. Plautus,

Non omnes possunt olere vnguenta exotica.

Propertius,

Aut quid Oroncea crines perfundere myrrha.

Horat. lib. 1. Od. 5.

Quis multa gracilis te puer in rosa

Perfusus liquidis orget odoribus.

Catull.

Cubile fertis, & Syrio fragrans oliuo.

Spartianus de Ælio Vero, vinctus odoribus Persicis. Odorum autem alij erant liquidi quæ vnguenta sunt, alij aridi quæ diamantata, & si rotundi sunt, pastilli dicuntur & trochisci. Horatius,

Pastillos Ruffikus olet.

Lib. 2. Od. 7.

— Coronatus nitentes

Malobathro Syrio capillos.

Qui ebrij comedabant vnguentati erant. Valer. lib. 6. cap. 9. Cùm Polemo conuiuio non post occasum, sed post ortum surrexisset vnguentis delibutus, fertis capite redimito, pellucida veste amictus. Athenaeus lib. 4.

αὐτὰς ἐπεὶ δόρποι μελίφρον Θεῖον ἔργον
ζεῖσαν πλαυσίουσι ἀπ' ὑκαντίῳ ρόσων
ἄργαν θητὸς ἕλστε φίσων μύρον θευοτὸν ἄλιν (l. ieiunov)
ἄλλον δὲ αὐτούς δηλεῖται οὖσαν ἔσωστε.

Sed postquam cœna dulcis exuerunt #desiderium, cum lauisserit manus, ab Oceani fluente pulcher puer venie ferens vnguentum, quod fit ex iri herba suauis, aliud autem coronas ad dexteram omnibus dedit. Hesychius scribit Exaligyrum vas argenteum esse fialæ similes, in quo vnguenta quibus in conuiuio vngebantur,

tur ἔξαλιγυρον σκεῦος ἀργυρέν φιάλη παρεπήσιον, οὐδὲ τοῖς ξυμποσίοις ἀλεύοντο μῆρον. Coronas & vnguenta dare munus erat coniuicatoris, cætera afferebant à singulis coniuuantium in communē. Scholia stes Aristoph. of καλωσῆτες δῆπτον σεφάνες ἡ μῆρα ἡ τελείματα παρεπήσιον, οἱ δὲ καλέμονος ἔφερον ἴψιματα, ἡ κίστη, ἡ χάρα. Vocati ad coenam ferebant obsonia, cistam διφόρον, seu sportam feren-dis obsonii, & congrum vas vini. μῆρα dicuntur à myrrha, quia ἐκ σπέρματος κοπομένης ἔλαսιν ἔτι ex murrha concisa fluit oleum quod dicitur stacte, quia paulatim fluit. Quod vnguentum solum esse simplex & non mixtum existimant Plinius, Myrrha & per se vnguentum facit sine oleo stacte duntaxat. Singuli quoque succi nobiles vnguentia faciunt. In primis malobathrum, postea iris Illyrica, & Cyzicena amaracus. Quis primus inuenierit vnguenta non traditur, Iliacis temporibus non erant, nec ture supplicabatur, ait Plinius. Malè. Quia Homer. πώλειον οἶδε μῆρα. Iris in Elide optima & Cyzici. καλλος apud Homerum ponitur pro vnguento. Iliad. 3. de Paride;

καλλεῖ τε σίλεων, καὶ εἴμαστ.

Item Venus,

καλλεῖ τὸ περσόνα παθεῖση.

Hefychius, καλλεῖ τὴν μῆραν τὴν ἀρρενίην, vnguentum veneris Homerus callos vocat. Apud Eustathium Iliad. 20. Φαργαῖα μῆρα, postea dicta sunt liquida. Athen. lib. 4.

φαργαῖα τηνίς ἀλεύει, φέρειν μῆραν ἵενον ἄδει.

Pulcher puer venit portans vnguentum ex iri suave. Ita lege, non neuer ex vernis floribus. Cleopatra cum in Cilicia occurrisset Antonio ταλαντεῖς εἰς

ρόδον

ρόδον μισθὸς ἀλεύει. Rosa veteribus in deliciis fuit, teste Nerone lib. 6. Suet. cap. 27. Et Vero Imperat. Venafranum oleum erat pro vnguento. Martialis lib. 13.

Hoc tibi Campani sudauit bacea Venafri,

Vnguentum quæties sumis & istud olet.

Plinius lib. 15. cap. 2. Maximè agro Venafrano, eiisque parte quæ Licinianum sudat oleum. Vnguenta hanc palmarum dedere accommodato ipsiis odore. Vnguentum foliatum in deliciis fuit. Galenus lib. 12. De part. spicata & foliata reperta ait

τοῦτο δὲ τὸ πάρην τετραγωνόν. Telini vnguenti meminit Isidorus, ex Iulio,

Corpusque suauis Telino vnguimur.

Apud Xenophontem, Calliae vnguentum inferre volenti ait Socrates, olei quo vnguntur adolescentes in gymnasiis odor dulcior quam vnguenti. Apud Plin. lib. 9. cap. 33. Delphini vnguenti odorem refugunt. Sed de vnguento quod vino admiscetur Iuuenalis Sat. 6.

Grandia qua mediis iam noctibus estrea mordet,

Quum perfusa mero spument vnguenta falerno.

Vnguentis igitur delibuti, crinæque nardo peruncti epulabantur vnguento etiam in vinum infuso, vt Athenæus lib. 14. cap. 15. Clemens lib. 2. Pedag. cap. 8. σεφάναι δὲ ιδιὰ καὶ μέρον χειρῖς δὲ αὐληγα, ἵζωκεῖδη δὲ τοῖς ἀδερφαῖς καὶ φαρυγγίᾳ μάλιστα γεννεάσονται. Πτυss coronarum & vnguenti nobis non est necessarius, quia facile deflectit ad voluptates, & otium maximè nocte appetente. Plutarchus lib. 3. Sympos. 6. 13. Delibuto capite erant in coniuuiis, vt Cicero pro Roscio Amerino. Statius,

Nec pingui crinem deducere amomo.

Ouidius,

*Spissaque de nitidis tergit amoma comis.*Anacreon ἐπει μᾶλλον ὡς ἔπιζω μένουν, πόδοις ἢ κράτα πόνουν, *Memagis dum vino vnguentis delini, & resis caput cinge.* Lucan. lib. 10.*Accipiunt fertas nardo florente coronas,**Et nunquam fugiente rosa, multumque madenti**Infudere coma quod nondum euamit aura**Cinnamon exierna nec perdidit aera terra,**Aducentumque recens vicina messis amomum.*

Plautus in Curculione,

*Tu mihi stacle, tu cinnamomum, tu rosa**Tu crocum, & cassia es, tu bdellium.*

De Coronis vide Artemidorum lib. 1. c. 79. Ouid. lib. 5. Faſtor.

*Tempora futilibus pinguntur recta coronis**Et latet iniecta splendida mensa rosa,**Ebrius incinctis philara coniuua capillis.*

Lib. 9. Metam.

*Quam si coniuua iaceret**Inter plena meri redimetus pocula fertis.*

Iuuen. Sat. 5.

*Quale coronati Thrasea, Helnidiisque bibebant.***De Coronis & vnguentis.****C A P V T X X V I I .**

Clemens lib. 2. Pedag. cap. 8. ποιεῖται δὲ καὶ τὸ σέφαρνον ἡ χήσης, καμακτικὴ καὶ πάσχειν θεού ἀπέρρει. μή μοι σέφαρνον ἀμφιβώτης κύρια. ἥρθε δὲ γὰρ λεπιστον. ἐνδροστοις καὶ μαλακοῖς ποικίλοις χλοέσιν ἄνθεσιν ἐνδιατάξεις

Lib. III. Cap. XXVII. 297

τῶντος καλὸν, αὐτοφυῆς καὶ εἰλικρινῆς πυρί εὐσεψίας καθάπερ τὰς μελιταὶς πρεφεύμενοι. τὸ δὲ πλεκτὸν σέφαρνον εἶναι αἰγαράττα λειμῶν θεού κορινθίαντας οἵκοις αἰενέρεντι εἰσαρφόνων. *Talis est usus coronarum, comedens abunda & ebria difficit. Ne mibi capiti coronam impone. Veris enim horra agitare in pratis roscidis molibus variis pulcrum est ac floribus virentibus, enutritos nativo & sincero ut apes, odore, sed coronam plectilem ex prato fragran-ii & incorrupto ornantes domi circumferre non est moderati viri. Archestratus apud Athenaeum lib. 3.*

αἱρεῖ δὲ τὴν σέφαρνον κύρια φέρει διῆτα πυρίς παντοδαποῖς, εἰς δὲ γαῖας πέδου ὅλεσιν ἀνδρῶν, καὶ ταῦτα μύεται ἀγαθοῖς χάρτιοι δεράπτε.

Semper coronis caput omnigenis inter epulas redimito, quibus terra solum fertile abundat, & stillariis vnguentis bonis capillum procurato. Martial. lib. 14.

At mea me libram foliati poscit amica.

Lib. 14.

Hac lucet in gemma qua seruat nomina Coſmi Luxurioſe bibas si foliata ſitis.

Aristippus dicebat ut equus & canis vnguento deteriores non fiunt, ita nec homines. respondet Clemens lib. 2. Pedag. cap. 8. ἀλλ' ἵππῳ μὲν καὶ ἵππῃ λόγῳ θεῷ μύρα, οἷς δὲ οἱ αἴδοσις λευκωτέρα, τύποις οἱ ἀπόλαυσις ὀπιζοτέρα, καρασίαδεις θεῖμος ὀπιζεομένοις, Equo & cani nulla ratio aut sensus vnguenti, homines quibus sensus cum ratione conianctus est, frui delicies virtus vertendum, & inferre odores phellares, μύρων ἀπικεῖσθαι διαφοραῖς, βρύσιον, &c. καὶ θάγαδες αἰγαράττας lege θάγαδες αἰγαράττας. Vide Dioscorid. lib. 10. cap. 5. Plinium lib. 13. cap. 5. Athenaeum lib. 15. cap. 14. cap. 15. Simonides apud Clementem καὶ αἰγαράττας μύεται καὶ θυμάρασι, καὶ βάλικαι. καὶ ἡ γέραδος

νέρδος ἀδικημάτων αὐτοῖς, ἢ τὸ ἄπο τῆς ρύθμου ἔλεγμα, καὶ τὰ ἄλλα υἱότερα καὶ ξυρά, καὶ τὰ ἐπίτασα, καὶ τὰ παθοδημάτων μύρα. *Vnctus sum vnguentis, suffitibus, & baccari.* & *Nardus ipsis probatur, & vnguentum rosaceum, & alia vnguenta humida, siccata, & quae insperguntur, & quibus suffitus sunt.* Idem vocat *dianthopatra vnguenta & unctiones.* Myrrha, stacte, & Casia, οὐράνια, à vestimentis tuis. Psalm, Davidis. Seneca in Thyeste,

Verna capitū fluxere rosea,

Pingui madidus crinis amomo.

Sidonius,

Indus odorifero crinem madefactus amomo.

Tibal. lib. 2. el. 1.

Illius puro distillent tempora nardo.

Propert. lib. 3. el. 9.

Sit mensa ratio, nōque inter pocula currat,

Et crocino nares murreus vngat oryx.

Qui ad coenam inuitabant, vnguentum & coronas mittebant. Seneca lib. 2. de Ira cap. 33. Ad coenam inuitauit eum eo die, vnguentum & coronas misit. Claudian. de bello Gildon.

Mixtis redolent vnguenta coronis,

Crinitos inter famulos, plebēmque canoram

Vmbratus dux ipse rosis, & marcidus ibat

Vnguentis, crudisque cibo.

Horat. lib. 1. Od. 5.

Perfusum liquidis urget odoribus.

Lib. 3. Od. 14.

I pete vnguentum pher & coronas,

Et cadum Marfi memorem duelli.

Lucret. lib. 4. Pocula crebra, vnguenta, coronæ, ferta parantur l. 21. ff. de auro & arg. leg. Vnguentis

tis legatis non tantum ea legata videntur quibus vngimur voluptatis causa, sed & valetudinis, qualia sunt commagena, glaucina, cristina, rhodina, murrha, colum, nardum purum, hoc quidem etiam quo elegantiores sint, & mundiores vnguntur foeminae. Dioscorides lib. 1. cap. 81. Petalium è nardo præstantissimum vnguentum, dicitur foliatum. Clemens Alexandrinus lib. 2. Padag. ii. 3. Ἐπι-
τίθεσις ἡ διάδησις δέλεάρις δὲ παραμύτια πόρρων εἰς λί-
χον διπλωμάτα διπλωμάτης, Studium fragrantissimi odo-
ris est esca ignavia qua à longè nos trahit ad cupedias
& voluptates. Ibidem insectatur mulierculas quæ
vestes, & lectos, & domos sufficiunt, & irrigant
odoratis liquoribus, ipsas etiam matulas. Ista τών
ἀνθρωπίνων ἐκπλακεῖται, viros effeminant. Comicus
μύροι, θεατέρες τὰς χειρας, ψυχίας μέρος μέγιστον, δι-
πλάς ἐμφράξαν χρηστὰς ποιεῖν, καὶ οὐ τῷ ποτὲ οὐδὲ
λίπις τῷ ἀναθερμανούσι τῷ, οὐ ἐμψυχόντων μύρων ἀνάτε-
λις ὑφεστίας ἵστεται διπλόδει). *Vnguentis manus un-*
git. Sanitatis pars maxima est, ut cerebri bonos odores
faciat. Quin etiam pedum per unctionem eorum que
calefaciunt, aut refrigerant, exercetur frictio utilitatis
gratia, ut scilicet iis qui sunt repleti in capite, fiat
quædam attractio, & diuersio ad corporis partes
minus principales θερέτρια μυραλοιφεῖν τῷ μύρῳ χειτεῖ.

Rursum de Vnguentis.

C A P V T X X V I I I .

Qui vnguenta improbant, iidem & flores, ac odores à Deo rebus attributos improbent, ac damnent

damnent necesse est. Pessimè sit iis , aiebat Ari-stippus, vnguenti odore delinitus, quorum intem-perantia & abusu factum est , vt res homini com-modissima damnaretur. Moderata vnguenta ner-uos roborant, cerebrum firmant, caput expurgant, sanguinis ardorem leniunt, & iucundo halitu ani-mum recreant. Quam nobis odor è cloaca, & me-phite ingratus est, tam vnguenti odor opportunus & utilis est , modò modus hic qui in aliis rebus teneatur. In Arabia Felici tanta odoris, ac tam va-ria copia est , vt homines in illa titillatione defi-ciant nisi cornua boum , & aliorum animantium adurant , ait Strabo. Certè magnus ille Aaron vnguentum capiti affundere solitus erat, quod in bar-bam descenderet. Christo Domino pisticum vnguentum capiti aspersum est, quod quia non adul-teratum erat , sed fideliter ac sincere factum , no-men à fide reperit. Fuit autem vnguentum in vsu apud Hebr. multis saeculis antequam Græcis in-notuisset. Hippocrates certè in eo libro qui Medi-cus inscribitur , laudat medicum qui placere cu-piat vnguentis odoratis quæ suspicione careant. Adhibeat medicus vnguenta non ad luxum , sed quia cum ægrotis sœpe versatur ad valetudinem. Vnguentum rebus nauci admiscendum non est. Ideo Aristoteles libro de sensu , & sensili probat il-lud Stratidis in Euripidem, ὅταν φάγῃ θύμῳ μὴ έπεχεῖν μῆρον , cùm lenticula coquitur non infundas vnguentum , quod tamen melioribus cibis utiliter admiscetur. Sed vnguentum utilius est potionibus, vt ibidem docet Aristot. οἱ δὲ νῦν εἰς τὰ πόματα μηγώτες τὰς ποιάντες Δωδάκεις. Hodie miscent un-guenta potionibus. Aristophan. Vnguenta sœpe ad luxum

Lib. III. Cap. XXVIII. 301
luxum adhibita ostendit in Plato, ἔτε μύροισι μ-σίδης σάκτοις ὄπόταν νύμφαι ἀγαλυνθον. In Acharnen-sibus, σέφαροι, μῆρον, περιγήματα. Apud Athenæum, lib. 12. Initio Empedocles ait Venerem placari vnguentis odoratis. Vnguenta si luxi seruiunt è medio tollantur. Bene ergo apud Plutarchum in Laconicis , Lycurgus expulit vrbe vnguentum tanquam olei perniciem. Seplasarij Capuæ Han-nibalis exercitum effeminarunt. Seneca cap. 13. lib. 4. quæst. naturalium. Vnguentarios Lacedæmonij vrbe expulerunt , quia oleum disperderent. Athe-næus lib. 4. scribit Solonem prohibuisse Athenis vnguenta vendi. Ægyptij vnguentis ad luxum abusi sunt. Diodorus enim Siculus lib. 2. prodit Myrin regem Ægypti piscium vestigal cuiusdam lacus ad Memphis dedisse vxori ad vnguenta. Sed & Græci vnguentis abusi, Anacreon Hippo-cratic antiquior frequenter vnguenta commemo-rat. Apud Athenæum lib. 11. Xenophanes longè antiquior Hippocrate vnguenta in coniuirijs adhibita ostendit. In veteri instrumento Asa Rex mortuus, in lecto vnguentis meretriciis ple-no collocatus est. Judith facie vnguento deli-buta perrexit ad Olofernem. Quare fallitur Plinius lib. 13. cap. 1. Qui vnguenta Iliacis tempi-bus ignota fuisse scribit. Athenæus lib. 15. Illud Iliad. 4.

— ποδεύηται δὲ καὶ εὐτελεῖς
de vnguento accipit, vt & Eustathius. Archilo-chus qui Romuli ætate floruit voce μύρη est vñs. Homer. Iliad. 5. de Iunone

— ἀλείφατο δὲ λίπη ἐπειδή
εὐθεστήρι, ιδανῶ, τὰ εἰς τεθυμέγονον θέρε.

Vnixerunt

Vnixerunt pinguis oleo dinino suani quod ei odorem spicrabat; Iliad.6.

Ἐν δὲ ὑπειλὰς πλῆσαι ἀλείφατο οὐρανέσιο.

Vulnera Patrocli replerunt vnguento nouem annorum. Didymus lib.2. Odyss. δῶδε τὸν εἰλατό, τερανὸν μὲν interpretatur. Plinius ibidem, primum quod equidem inueniam castris Darij regis expugnatis in reliquo eius apparatu Alexander cœpit scrinium vnguentorum. Malè, cum Herodotus scribat Cambysem Persarum regem misisse ad regem Aethiopiarum alabastrum vnguenti. Plinius cap. 3. ibidem. Cerrum est Antiocho rege, Asiaque deuictis, vrbis annos 55. Publicum Licinum Crassum, Iulium Cæsarem Censores edixisse, ne quis vnguenta venderet exoticæ. Hippocrates meminit vnguenti Aegyptij albi, item Amatacini, Anthini, Bacharij, Cedrini, Irini, Nardini, rosacei, Susini, Mendesij, Metopij, quia lignum ex quo galbanum nascitur in Aegypto metopium dicitur, ut docet Dioscorides. Galenus Aegyptium albū vocari ait Susinum. Plinius lib.13. cap.1. Persarum debet esse gentis inuentum. Illi madent eo. cap. 3. Aegyptum ait terratum omnium vnguentis accommodissimam. Pollux lib.6. cap.19. Theophrastus libro de odoribus, χρυσαπίζουσι τὸν ἀμφάκιον, ροδιὸν, μεταλλέων, ἀχρωμάτησι τὸν μὲν πολυτελὲν αἰγύπτιον, μήλινον, κώφην. τὸ δὲ εὐτελὴ πάγα. πάγα τὸν ἀχρωμάτησι σύντο τὸ μὲν αἰγύπτιον, τὸ κώφην λαβεῖ τὸ βέλον. τὸ δὲ μήλινον τὸν μίλων χεισίαν. τοῖς δὲ εὐτελέσι ἐν λυσιτελεῖ τὸ χρωμα τρεπτίθενται. Athenae.lib.13. Athenis vetitum lege Solonis ne quis ciuis Atticus μαρτυρῷ faceret. Vnguentum Telinum, Tertullianus lib. de pallio cap.5. Vnguentum Metallium. Hesychius μεταλλέ-

πον τοπολότης τὸν Φυσταλλέον μύρα κατασκοδίῳ εὑρεν. Metallus quidam Siculus artificium metallij vnguenti reperit. Aristophanes μῦρον οὐρανον μετάλλεον. Capillis affundebat vnguentū inter vina. Propert.

Iam dudum Tyrio madefactū tempora nardo
Debueram seris implicuisse comas.

Martialis,

Quod madidis nardo sparsa corona comis.

Barbam ipsam vnguento illinebant. Euphemus apud Pollucem lib.10. λίνη μοι τὰ ἀλαβάστρα, τὸ τῆς τεσσαρὶς τὸ πλάγια με, τὸ τὸν φαριλού μύρεσον. De vnguentis ex Aegypto & Iudea Marcellus Medicus,

Quodque ab Idumeis vellum seplasia vendit,

Et quicquid confert medicis latagea cataplus.

Seplasia Capuae vicus ubi vnguentarij. Persius,

Ceu spirent cynamama furdum,

Ceu Ceraso peccent Casiae.

Hesychius ιουεκον μύρα εἴσθετο. Iuuenal.2. opobalsam a coinnemorat, Propertius myrrhina.

Hirsuto spirent opobalsama collo

Qua tibi.

Propertius,

Aut quid Orontea crines perfundere myrrha.

Nonnus initio lib.33. Conficiendi vnguenti rationem exponit.

Θερα πνευτιδίστην παφίσαν ἔντοσθε λεβίταν

ἐπορέψι μίξεσσα χορδας ἀδίνας ἐλαῖς

αἴθεσσον ἴνδινοσσος μύρον τούτηντεν ἀγάθαν.

Ælianu lib.9. Var. Quosdam luxu perditos fuisse ait, quia μύροις δύσποδε ἐρράνετο. Vnguentarius celeberrimus fuit Cosmus ille apud Martial.

Et Cosmianus ipse fusus ampullis

Non erubescit murice aureo nobis

Dividere

Dividere mœcha pauperis capillare.
Quod quacunque venus Cosmum migrare putamus,
Et fluere excuso cynamna fusa vitro.
 Vnguenta Nicerotis laudat idem Poëta,
Et nido niger alitus superba
Frangas plumbea Nicerotiana.
Lucerna nimbis ebria Nicerotianis.
Virūmne Cosmi, Nicerotis an libram,
Lasso quod externi spirant opobalsama Drauci
Quod Cosmi redolent alabastra, fecique Deorum.
 Amomum nigrum erat.
Circumfusa rosis, & nigrarecumbit amomo.
 Pers.
Hic sibi corrupto casiam dissoluit olio.
 Virgiliius,
Et Casia nitidi corrumpitur vſus oliui.
 Horatius,
Funde capacibus vnguenta de conchis.
Nardi parvus onyx elicit cadum.
Vnge puer malobathro Syrio capillos.
 Prudentius,
Vi mitra casariem cobibens aurata virilem
Combibat infusum croceo religamine nardum.
 Horatius,
Nunc & Achemania perfundi nardo iuuat.
 Athenaeus lib. 12. sub finem, Athenis etiam pedes
 vnguento ἀλείφεται. Heraclitus in epift.
ἢ τὰς οἵ εἰλικρίνων φύσεας ἐν μύροις.
 Iuuenalis,
Et matutino sudans Crispinus amomo,
Quantum. vix redolent duo funera.
 ————— *Mæchis foliata parantur.*
Adiunctis vnguenta roſis

*Affiduo**Affiduo Syrophœnix vodus amomo.**Cosmus & Niceros erant vnguentary.**Cosmi ahenum laudat Iuuenalis. Nigra vnguentata erant. Martialis,**Crine nitens niger vnguentis.**Pisticum vnguentum ſepe commemorat Anafas. Bibliothecarius in Pontif. Rom. Virgines vnguentis vſæ. Theocritus,**χέρας φοιβίσσας μύεται ἵππη παρθένοι.**Manus purgans & tergens vnguentis cum effet adhuc virgo. Hefiodus lib. 2.**Ἐπω ἔργα τῆδε πολυχέσσω ἀφερδίτης,
εὗτε λεωταρέμην τερέμα χρόα, καὶ λιτή ἐλαῖον.**Nondum sciens operum Veneris aurea quando lota &
υπῆτα pingui oleo tenerum corpus, vbi Scholiaſtes
ἀλείφονται περόναι εἰ παρθένοι τὸ Φεβούλιον ἐλαῖον.
Clemens Alexand. lib. 2. Pedag. cap. 8. μύρον βρέυδειον
ἀ flore, μετάλλιον ab auctore, βασιλεον, πλαγώνοι α
Plangone inuentore, μύρον τὸ ἀπὸ χρύσου, τὸ Σατὸν τὸ
κυνόφρενον. Confule Clementem, & Athenæum lib. 12.
& 13. Et Pollucem lib. 6. cap. 19. Plinium lib. 13.
cap. 3. Valerius Maxim. scribit Ionas primos in-
duxisse morem vnguentorum, & coronarum in
conuiuijs, quare dicti μωροερόχει. Romæ vnguenta
olim in vitio fuere. Caius Tutius in orat. de lege
Fannia, Ludunt alea studiosè vnguentis delibuti.
Cicero post reditum in Senatu de Pisone, stupri-
plenus, madente coma, composito capillo, Pro Se-
ſtio de Gabinio, vnguentis delibutus, calamistra-
ta coma. Martial.**Cuius olet toto pinguis coma Marceliano.**A Marcelo pigmentario nobili. Agathias de quo-
dam iuuene molli. ἀποστατὴς ἔχει ἀεὶ τὸ μέτωπον καὶ*

V v v

nisi

τεστοφύχες. Martialis lib.8.

*Si sapis Assyrio semper tibi crinis amomo
Splendeat, & cingant florea sarta caput.*

Archestratus in Gastrinomia,

*αὐτὸν δὲ σεφάνιον καὶ πέπλον πυκάλη
παντοδεκτοῖς οἷς ἀλλὰς πέδον ὥλειον ἔνδει,
καὶ συντοῖοι μύροις ἀγαθοῖς χαίτης δεράτες,*

Croco imbuebant crines. Propertius,

Térque lauet nostras spissa cilissa comas.

Quod alij de nardo accipiunt. At Hercule iam quidam etiam vnguentum in potu addunt. Martialis,

*Vnguentum fateor bonum dedisti
Corneli mibi, sed nihil scidiisti.*

Iustinus lib.9. Non in conuiujs risit, non ludos inter epulas adhibuit Ptolemaeus parricida, non coronas, aut vnguenta sumpsit. Cicero lib.1. ad Atticum. Porro vnguentum intelligo oleum odoratum, ac velut vnguentarium, alioqui plebeium admiscere oleum lenti nihil prodigiosum. Nero vnguenta cum floribus spargere solitus. Suetonius in Nerone. Coenationes laqueatae tabulis eburneis versatilibus, vt flores ex fistulis, & vnguenta de super spargeantur in Iulio cap.53. Circa vietum C.Oppius adeò indifferentem docet, vt quondam ab hospite conditum oleum pro viridi appositum aspernantibus cæteris, solum etiam largius dicat appetisse. Plutarchus vertit μῦρον. Vnguento ut pro oleo est hominis simplicis, & ἀτερογέλα. Horatius de quodam Nænio rustico.

Nec sic ut simplex Nænius vñctam

*Conuiuis præbebit aquam. Vitium hoc quoque ma-
gnum,*

Plutar-

Plutarchus ait Cæsari appositos asparagos καὶ μῦρον ἄγεται εἰλαῖς. Suetonius de Nerone. Indicebat & familiaribus coenas quorum vni mellita quadragiesis h.s. constituit, alteri pluris aspersio rosacea. Ita omnino legendum, & notat coenam non diffimilem illi, de qua Plutarch. in Oribone, λέγει πολλαχότερον ἀργυρὸν καὶ χρυσὸν ταχεῖτερον ἀφεντικὸν ὅστιν τὸ μῦρον ἐνχέντας, καὶ κυπαλύζοντας, argenteos aureosque tubos multis locis repente emisisse vnguentum instar aquæ effundentes, omniaque rigantes. Pro mellita veteres libri habent mitellita. Plutarchus lib.3. Symposi. Τόπος μῦρον τῆς τὸν ἀνθίνει τοῦτο καὶ μαρανομόντις εἰ τοῖς χεροῖς τῇσι σεραντιπόκων σπιδειστέραν ἀγαθὸν δωδεκάν. Simplex est, & insulsus qui τὸ δὲ φαῖ μῦρον adhibet, cum oleum adhibere debeat. Catulus de vnguento optimo,

*Nam vnguentum dabo quod mea puella
Donarunt Veneres, Cupidinēisque,
Quod tu quum olfacies Deos rogabis
Totum ut te faciant Fabulle nafum.*

Pollux lib.6. cap.19. ὅποι δὲ καὶ μῦρον εἰ τοῖς συμποσίοις, διπλωμέσον. μῦρον μεγάλιον ἀπὸ μεγάλων σπειρώντων, καὶ πλευρόνιον Σπειρόνιον δὲ βερένθον εἰς λιθίας, γάρδινον, βαενλωνισκόν, αἰγύπτιον τὸ μέλαν. σπέρματα δὲ αἰγύπτιον καὶ μῦρον. μῦρος δὲ εἰδεστον, καὶ βάλκηστον, καὶ ἀμάρακον, καὶ ἵστρον. εἰς δὲ κύπρον, καὶ κρίνη μῦρον ἀστελώνυμον ἐσπουάντιον. ἀλεξάνδρῳ ἐπιμέλει. σφρόδρα δὲ καὶ ἐνδόμητον τὸ βαστέτον. De vnguentis vide Dioscoridem lib.1. cap.53. & Pollicem lib.6. cap.19. & Plinium lib.13. cap.1.2.3.4.

narent, iam vino incandescente. Trimalcio hæc acroamata apud Petron. adhibet,

Memphitides puelle, sacris Deum paratæ, tintæ colore noctis

Puer manu loquaci, trementibus labellis.

Iuuinalis Sat. 11.

Forfitan exspectes ut Gaditana canoro

Incipiatur prurire choro.

Macrob. lib. 2. *Saturn. cap. 1.* Non defuere qui psaltriæ intromitti peterent, vt puella ex industria supra naturam mollior, canora dulcedine, & saltationis lubrico exerceat illecebris philosophantes. Ambrosius de Cain & Abel, Saltatrices tonsæ, & crispantes comam. Athenæus lib. 4. In conuiuio Antonij fuisse τὰς ἵτελιας ἀκράματα, histriones, mimos ex Italia, quos super conuiuium varia recitatueros, aut cantu, & iocularibus dictis voluptati futuros accersuerat. Quoties noua fercula inferebantur toties hydraulica insonabant instrumen-ta. Petronius. Processit statim scissor, & ad symphoniam ita gesticulatus lacerari obsonium, vt putares Darium hydraule cantante pugnare. Apud Sidonium Apol. lib. 1. ep. 2. Dum epularetur Rex Gothorum Theodoricus nulla organa hydraulica vt apud alios reges sonabant. Cicero 4. *Tuscul.* dixit Cato in originibus morem apud maiores hunc fuisse vt deinceps qui accubarent canerent ad tibias clarorum virorum laudes, ac virtutes. Ar-nobius lib. 4. Scribuntur Dij vestri in tricliniis cœ-lstibus, atque in Chalcidicis aureis cœnitare, portare, & ad ultimum fidibus, & vocum modulatione reperi. Seneca lib. de beata vita. Vides hos eosdem è lectis suis spectantes popinam suam, au-res

res vocum sono, spectaculis oculos, saporibus palatum suum oblectantes. Liuius lib. 29. Tunc psaltriæ, sambucistriæque, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Ante deuictam Asiam veterum Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris, ait Quintilian. lib. 1. *Instit. cap. 14.* Victa Asia psaltrias etiam adhibuerunt. Acroamata sunt propriè symphoniaci pueri apud Macrob. lib. 2. *Saturnal. cap. 4.* Apud Eginghartum Carolus Magnus inter cœnandum aut aliquod acroama, aut lectorum audiebat. Plutarchus lib. 6. *Sympof. cap. 7.* Platonis Dialogos dramaticos, non diegematicos pueri discébant, & in conuiuïis apud viros graues exhibebant. Plinius lib. 9. Post cœnam priuati etiam comediam, aut lyristen inducebant, cum lyristes in cœnam inductus est calceos poscunt, aut non minore cum tædio recubant. Valerius Maxim. lib. 2. cap. 1. Maiores natu in conuiuïis ad tibiam egregia superiorum opera carmine pangebant, vel vt Cicero ait, præclara virorum fortium facinora ad tibiam cantabant, 1. *Tuscul.* Sidonius lib. 9. epist. 13.

Pede, voce, vesti Bacchus,

Thymelen, Palenque doctas

Cistaristrias Corinthus, &c.

Bimari remittat urbe

Tepidas ad officinas

Digiti quibus eanentes

Pariter sonante lingua

Animata fila pulsu

Satyris amica nudis, &c.

Theodosius tamen prohibuerat psaltrias commissationibus adhiberi, vt scribit Aurel. Victor. Gal-

Vvvv 4 lienus

lienus mensam secundam scurrarum , & minorum semper habuerat , ait Trebellius . Athenaeus lib. 4 . Post secundas mensas πόρναι ἦ θαυματοποιοι induēti , miraculorum patratores , & scorta . Xenophon in *Sympoſio* , πέφτον μὲν ὥστε εἰκὸς μὲν ἐπαγωγῆς τῶν κληπτῶν ἔχει ὑποχωνύτῳ συμπεπίσθειν , ὡς δὲ ἀφρέδην εἰ πράπτει , καὶ εἰσεῖσθαι , ἢ ἐπαγωγής , ἕρχεται περὶ αὐτοῖς δὴ κακῶν ἔχον τε αὐλαῖς ἀρχέτους , καὶ ὄρχηστρα τῷ τῇ θαύματα διαμάζειν . ποιεῖν , ταῦτα δέ καὶ δηθενεῖν ὡς ἐν θαύματι ἀργύρεον ἐλάμβανεν . Primum quidem , ut par erat , cūm laudassent vocationem non se promiserunt cœnatores , cūm autem mensæ essent sublata & libassent , & peanem cecinissent , quidam venit ad eos comedassum , habens optimam tibicinam , & saltatricem miracula patrarentem . Quæ cum ostendisset , argento donata est . Plato in *Protagora* scribit homines quadrantarios , & de foro ac triuio , quia non possunt honestis & elegantibus sermonibus se oblectare inter epulas , neque cantu ad tibiam fortium virorum laudes canere , in conuiua tibicinas aduocare , vt aliena voce suam inscitiam subleuent . Vbi autem conuiua bellè instituti conueniunt , non reperias apud eos tibicinas , psaltrias , saltatrices , quia ipsi voce sua se oblectant , & eleganti confortio mutuaque sermonum vice solantur . οὐαίστατε τοῖς συμποτοῖς τοῖς δὴ φάγοις ἢ ἀγροῖς ἀνθρώποις ἢ γὰρ ἔτοις δὰ τὸ μὲν διάδεξ ἀλλάποις δὲ ἐισῆσθι συνεῖναι ἐν τῷ πότῳ , μητὲ δὰ δὲ ἐισῆσθι φανῆς , ἢ δὴ λόγοις δὴ ἐισῆσθι τὸν ἀπαιδεύσας πηδίος τὰς αὐλαῖς πολλὲ μιθέμενοι ἀλλοτεῖαι φανῶν τὸν δὴ αὐλῶν , ὅπερ δὲ καλοὶ καὶ γαστρὸι συμπόται , ἢ πηδαδημάνοις ἢ δὲ ίδιος ἐτί αὐλαῖσσος , ἢτε ὄρχηστρος , ἢτε φαλαῖς , ἀλλ’ αὐτὸς αὐτοῖς ιγκῆς οὔπος συνεῖναι δὰ δὲ αὐτῆς φανῆς . Plutarchus *Sympoſio* .

Sympoſio . cap. 6 . scribit Philosophos αὐλαῖας τι- bicinas , & cōmœdias in conuiuiis adhibuisse . Li- uius lib. 39 . Antiocho victo primum Romæ psal- triæ , sambucistriæque , & conuiualia ludionum oblectamenta epulis addita . Ibi multa verba qui- bus honor auribus præfandus sit iaciebantur , id- circo virgo de conuiuio abdicatur , ait Varro , ideo quod maiores nostri virginis acerbæ aures veneris vocabulis imbui noluerunt . Virgil . I . r . *Eneid* .

*Aut ubi curua choros indexit tibia Bacchi ,
Exspectare dapes , & plena pocula mense ,
Hic amor , hoc studium , dum sacra secundus aruspex
Nuntiet , ac lucos vocet hostia pinguis in altos .
κομψαὶ comedatores , & tibicinae non vocati ,
ibant tamen in ædes vbi conuiua agitabantur , vt
docet Plato in *conuiuio* . Quintilianus lib. I . cap. I .
Omne conuiuum pudendis canticis strepit .*

De Scurris.

C A P V T X X X I .

Scurrae qui facetè dicta iacerent in conuiua venire soliti . Gallienus mensam secundam scurrarum , & minorum semper habuerat , ait Victor . Mulierculæ etiam secum accumbere iube- bant homines fastigato capite , distorto vultu , sicinis portentis oblectatae , ait Clemens lib. 4 . cap. 4 . *Padag.* ἢ συνανεκτίνοντο τοῖς φύσις παῖσιν , σκίννοις τέρποις γαννύμεναι . Seneca epist. 123 . Varus eques Roman . cœnatum bonarum affectator quas improbitate lingua metebatur . Iuuenal . Sat. 9 .

*Coniuina ioco mordente facetus,
Et salibus vehemens.*

Curtius & natto bucca.

Sat. 3.

Buccæ perpetui comites.

Notaque per oppida bucca.

Glos. τελλοι, scurræ, copriæ, urbani. Buccæ, & buccellarij, qui aliena buccæa, hoc est, quadra viuunt. Buccones φάγοις, βακίοις buccæ panis βλαστοι. Βλαστοι ἄρτοι Athenæo quadrati. Buccones isti ut plurimum erant comedones, glutones: μέσουροδορποχεῖς, οἱ μεσωῆται τὸ δέρπης ἀποπατῆσθε τὸ παλιν ἐμπόπλακοι. Eustathio, qui inter cœnandum exonerat ventrem, vt iterum cibis eum oneret. Sutrius Vetus auctor, summates viri simplones sati sunt, ganei. Simpulum, simpulatores, simplones. φαγέκεις, τεώκτης φάγοι, fagones, οἱ παλαι ιδίοντες, φαγέσαρφοι, γηιας gulosus, γηιμορια, πληρωμοι, cibicida, καταφαγας, μελι), μεροπποι, marsupia ciborum, voragine, currunt ad escas scurræ;

Vinice lurcones, comedones, vinice ventres.
Comedones apud Athenæum dicuntur ἀπλεῖτον ἄμαχοι. Älianuſ lib. 1. Var. ή πάν ὅπεν φαγεῖν ἄμαχοι, inuidi comedones, glutones, λάσταραι, catillones. Athenæuſ lib. 12. η τὸ φάγη τοῖς πολλοῖς λασταρικαῖς ερῶνται παλέμον, cibus lastauro caccabus, quia liguritores os suum inquinabant, vt viderentur cacciabi. κοιλιοδειμων, cuius Deus venter est, ταχιστηριας περὶ τὸ φαγεῖν ζῶν, qui venatur nidorem sartaginiis, qui vivit vt edat. Palladius in histor. Lant. κοιλιοδειλοι, ἵλειοτεροι, seruus ventris, ventre dines. Clemens Alexand. καὶ μοι δοκει ὁ τοιτοι αὐτρωποι οὐδὲν ἄλλο η γάθοι η, videtur mihi homo
iste

iste totus maxilla esse. πηάρη σωτήρεις, qui inter sartaginiæ aluntur. Eubulus τειλλοπανθρέπτης vocat sordidè viuentes, πονάρης, qui dolarem ventrem habent, γαστρας, πίθης, ἀστερες; θυλάκες, ventres, dolia, utres, vidulos, fassis, κυπολειχης, qui lambunt nidorem, κυπολειχης. Apud Athenæum ἀφράτοι pisciuori dicuntur. Antagoras Poëta εἰς τὸ παῦδε, ἀλεῖψις τὸ ιχθὺν, ἀλλὰ λέσσαι, Non sinebat sernum piscem oleo ungere, sed aqua tantum lanare. Quidam λέσσαι ιδαῖοι, lanare oleo intelligent. Sed quis fando audiuit pisces oleo, non aqua lotos? Andocides pictor pisciuorus fuit, Philoxenus item Cytherius, & Hyperides orator, qui tantus erat gluto piscium, vt eius causa larus, gavia, mergus, & aliæ aues pisciuoræ fierent Syræ, id est, abstinere piscibus cogerentur, ait ille apud Athenæum, ὡς λάρης η οὐρης. Diocles item Medicus opsophagus erat, & Bion pisciuorus. Hippocrates lib. 2. de ratione vivi. lib. de aere & aquis, edaces vocat ξεισῆται, qui ientarent. Dapinare autem apud Plautum est præbere cibum. In Captiuis, aternum tibi dapinabo cibum. Dapaticè accipiam te. Daps δαπίδω, δαπιδίστη Græcis.

De Scolio.

C A P V T X X X I I .

S Coliorum argumenta fuere vitæ præcepta, que non nisi à doctis dari potuere. Plætraque illorum septem sapientum dicta continent, quæ φάθησα seu decantata olim dicta sunt, quia moris erat ea

ea cantare in conuiuiis. Moris item fuit in conuiuiis ut saltarent & lasciuia vterentur inconditis corporis motibus. Græci κολαζέρισιν & σκυρτῷ dicunt, κολαζεῖος genus saltationis lasciuæ. κολαζεῖ sunt cantilenæ, & cantus.

De Scolio & Cantu.

CAPVT XXXIII.

Multa fuere cantica quibus veteres in conuiuiis vbi. Athénis erat canticum Harmodium appellatum, cuius initium, Amantissime Harmodi non dum mortuus es. Erat & Melos Adimeri, tertium Lamponis. Suidas in voce Scolion, εν τοις οἱ στοιχὶ αὐθόδοτοις ἦδον μέλος τὸ ἀριθμὸν ἢ ἡ ἕρχη, φιλάττε ἀριθμός ἐπ τὰ τέθυνκας. Plutarchus in Sympos. 1. τὰ σκόλια φασὶ εἶναι ἀσύνηπτον τὴν πεποιημένον ἀσφάσ, ἀλλ’ ὅπ τε φεύγοντο μὲν ὁδοῖς ὅπ τε θεῖοι κοινῶν ἀποτελεῖ μερὶς φωνῆς πολαίζοντες, ἀντέρειν δὲ ἵκαντο μαρσίν τὸ γενεθλίον τοῦ ἀντεγγένετου. Dicunt scolia non esse genus cantici factum obscurè, sed quia primum canebant canticum Dei in communione omnes una voce Pæanem citantes, alterum canticum canebant myrthea corona unicusque daria quam ajaron vocabant. Doctus canebat, inde doctus cum detrectaret dictum scolian. Ita & Hesychius σκόλια τὰ παρεγίνοντα, εἰ διὰ τὸ μελοποτίου. Σόποι ὅπ σκόλιος ἦν, ἀλλ’ ὅπ τοι ἀποτελεῖ ἦδον αὐτὰ, ἀλλὰ μόνον οἱ σωτεῖοι. Scolian canticum vocant conuiniale, non propter modum carminis, quia flexuosus est, sed quia non omnes canebant eiusmodi cantica, sed soli docti. Aristides in Eteoneum,

χελὸν ἐπ τὸ ἑπτάνα ἐπ σκολίοις ὡς ἀριθμὸν ἀδεῖν, pulcrum Eteona in Scolis ut Armodium canere. Clemens lib. 2. Pedag. cap. 4. ἔλληνες καὶ τὰς συμποτίους διαχειρίζεσθαι κατεικόντες λαλεῖσθαι φίρα τὸ καλέμαθον σκόλιον ἦδον κοινῶς ἀποτελεῖσθαι φωνῇ πολαίζοντας, ἐπιτρέπει τὸ πειρατεῖον τοις εὐηγέρτεροις καὶ τοῖς πειραταῖς λύραν ἔχον. Graci in conuiuiis ad morem Psalmorum Hebraicorum canticum Scolion dictum canebant communiter, omnibus simul voce pæanem citantibus, interdum & inuoluentibus propinaciones in parte cum cantico. Qui Musica scientiores erant canebant etiam ad lyram. Hesychius, οὐθὲ μὴ εἰ τοὺς συμποτοῖς τὸ μὴ δικαίωμα φίσαι διέφυγε καλῶντα μισθρίους λαβόντα τοὺς εἰπόντας, αὖτις πᾶς τελατῶν οὐχεισποντον εἰς σιαντα. Moris fuit in conuiuijs ut qui canere non posset, lauti ramum aut myrthei capiens apud se caneret, Ajax fili Telamoniis, aut aliquod Scolion scripsum in Aiantem. Idem, Ἀρμοδιος μέλος τὸ δὲ ἀριθμὸν ποιοῦσθαι σκόλιον ναοῦ καλλιεργάτα. Armodij Carmen Scolium factum à Callistrato in Armodium. Pollux lib. 6. cap. 10. σκόλια, τὰ σκόλια παρεγίνα, τὰ μερίντια πνεύματα διατίξα πεφίεσντε, τὰ ἐκπομπατα, τὰ λύραν ἀδεῖν ἄξιοι. Cantica & Scolia intermixta, & myrtheam coronam quidam à dextro latere circumferentes, & pocula & lyram rogabant conuinias ut canerent. Plato in Protagora, σὲ ἀκικοέσσα εἰ τοῖς συμποτοῖς ἀδεῖντας ἀγρόποι τόπο τὸ σκόλιον, εἰ δὲ χαταριθμοῖς τὰς ἀδεῖντας, ὅπις ὑγιαίνει μὲν ἀεισόν τετι, τὸ δὲ διάτερον καλὸν οὐκέτι, τείτο τὸ πλειτέρω ἀδεῖλας. Te audiuisse in conuiuijs canentes hoc Scolion, optimum esse integrum valetudine frui, deinde pulcrum esse, tertio diuitem sine fraude. In Apopthegmatis regum Plutarchus, εἰ τὸ συμποτίῳ λύρας συμπειφερειδίντες τὸ ἀδεῖτων ἐρέζον,

ἐρέχεις, in coniuicio cum lyra circumferretur, & canerent ordine. Cicero 1. *Tuscul.* Solitos esse in epulis canere coniuias ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus. 4. *Tuscul.* Mos epularum hic fuit, vt deinceps qui accumberet, canceret ad tibiām clarorum virorum laudes. Hesychius φέρετ τὸν τοῦ συμποσίου ἔθη δεξιὰ τὸ πάλαι κανόμενον, εἴ τα μαρρώιλα τρόφος οὐδὲν. *Circumferebant in coniuuijs citharam & myrtleam coronam ad dextrum latu ad quam canebeant.* Demosthenes de falsa legat. honesta mulier refugit accumbere, κατακλίνεσθ, & canere in coniuicio, quæ tamen ιουχῆ, & tranquillè comedenter. Hesychius scribit lauri, aut myrthi rainum θέλει πότον διδύνει αυτοῖς, inter vina dare moris fuit accumbentibus per vices, ψωσὶ τὸν ἄντα βασιτε, vt canerent, dabatur, inquam, ramus ille loco barbiti. Manilius,

Ille dabit cantus inter coniuia latu.

Seneca cap. 11. de vita beata, Vides hos è suis lectis spectantes poplñam suam, aures vocum sono, spectaculis oculos oblectantes. Sidonius epist. 2. lib. 1. Intromittuntur inter cœnam mimici sales, ita vt nullus coniuua mordaci linguae felle feriatur. De coniuicio Theodorici Macrob. lib. 2. *Saturnal.* cap. 4. Delectatus inter cœnam pueris symphoniacis. Quintilianus lib. 1. cap. 10. Inter coniuia laudes herorum ac Deorum canebeant. Virgil. lib. 1. *Eneid.* in epulis Didonis de citharœdo Iopa.

— cithara trinitas Iopas

Personat aurata docuit que maximus Atlas

Hic canit errantem lunam, Solisque labores.

Moris autem fuit in epulis, vt post cœnam circumferretur lyra, quam cum respuisset Themistocles,

stocles, quia lyra canere nesciret, indoctior habitus est. In Romanorum epulis fides ac tibiæ adhibitæ, teste Cicerone 1. & 4. *Tusculana.* Romæ olim coniuia ipsi canebeant ad tibias clarorum virorum laudes, sub Imperatoribus etiam sambucistriæ adhibitæ. Ammianus Marcel. lib. 30. Quumque apponerentur exquisitæ cupediae, & ædes amplæ neruorum articulato, perflatilique sonitu resultarent. Silius lib. 6. de *Duillio.*

Cui nocturnus bonos, funeralia clara, sacérque Post epulas tibicen adest.

Horatius lib. 3. Od. 2.

— rūque testudo

Divitium mensis, & amica templis.

Apud Sueton. lib 6. cap. 21. Nero reliquam diei partem per organa hydraulicæ noui & ignoti generis circumduxit. Apud Petronium hydraulæ in coniuuiis laudantur. Achilles Statius de Clitophonte & Leuccipe, ἦν δὲ ἀκάρα δέλνας τὸν οἰδηρὸν παλαιῶντος μηρὸν ἀνάμενον ἐπιπέδους τὰ δύο ταῦτα. ἐπειδή τοις (ita lego) ἐλιγοτε μηροὶ εἰς τὸν δίναν ἐπέστησαν, τὸ δὲ ὑπόστησαν χρεῖον, τὸ δὲ πτεῦμα τὸν οἰδηρὸν πληκτον γίνεται, τὸ δὲ πτεῦμα τὸν μηρόντα λαγῆ. Si volueris audiare aquam loquentem expecta paulum aperies auribus. Quum enim exiguis ventus in vortices aqua insicerit, aqua ut chorda innit, fluctus ut cithara loquuntur. Apud Virgilium in coniuicio Didonis, Iopas, apud Homerum in epulo Alcinoi Demodocus canunt. Valerius Flac. lib. 1. *Argonaut.*

Vinaque, & aquoreos inter cum coniuge cives

Æcides, pulsatque chelyn post pocula Chiron.

Lib. 3. *Argonaut.*

— & insignem cithara, cantuque fluenti.

Dorcas,

Dorcea, qui dulci festis assistere mensis

Pectine, Bistonia magnum post ausus alumnū.

Apud Plutarch. *in apophthegm.* Philippus Macedo inter coenandum reprehendit cantorem, cui ille, ne tantum mali tibi ô Rex eueniat, vt ista melius me noris. Symphoniaci pueri Romæ erant in deliciis vt Cicero *pro Milone, & Att. 6. in Verrem*, qui symphoniacos sex cuidam amico suo Romam misit muneri. Seneca *epist. 84.* In comissionibus nostris plus cantorum est quam in theatris olim spectatorum fuit. Macrobi. *lib. 2. Sat. cap. 4.* Delectatus erat inter coenam symphoniacis Toranij Flacci mangonis, atque eos frumento donauerat; quum in alia acroamata fuisse liberalis. Gellius *lib. 1. cap. 1. i.* fistulatores, fidicines, tibicines lascivientium deliciae conuiuiorum. Claudian. *lib. 2. Stilicon.*

— nullo citharae conuiuia cantu,

Non pueri lasciuia sonant.

Martial. *lib. 3. epig. 62.*

Canica qui Nili, qui Gaditana susurrat.

Vide, si tanti est, que de hoc genere diximus in Theatro nostro:

De Libatione.

C A P V T X X X I V .

Veteres in epulis soliti Diis libare ex patera leuiter vini aliquid defundentes vel in mensam, vel in terram. Virgil.

In mensam lati libant, diuīisque precantur.

Lib. 5.

Lib. 5. *Aeneid.*

Hic duo ritè mero libans carchesia Baccho

Fundit humi.

— extāque salbos

Porricit in fluctus, & vina liquentia fundit.

Pateram mero implebant, tum Deos affabantur, deinde fundebant aliquid humi, denique bibebant.

i. *Aeneid.*

Hic regina grauem gemmis aurōque poposcit,

Implevitque mero pateram, quam Belus & omnes

A Belo soliti. Tum facta silentia tec̄tis.

Iuppiter hospitibus nam te dare iura loquuntur, &c.

Dixit, & in mensa laticum libauit honores,

Primāque libato summo tenus attigit ore.

Tum Butea dedit increpitans.

Diis μηχρῷ χρήσιν in patella inferebant, de patera vi-
num fundebant. Ouidius *lib. 6. Faſtor.*

Fert missos Veste pura patella cibos.

Perf. *Sat. 3.*

Cultrixque foci secura patella.

Quia ad focum Dij lares. Lucianus *in Necrīcio*, ύ
πλῶστες τοῖς συμποσίοις μεμάλη τῇ φωνῇ ἐπι-
χερτό μοι τ' εἰπαδ. Et libantes in conuiuiis magna
voce mihi fausta omnia precabantur. Liuus *lib. 39.*

In conuiuiis bene precari, libare diis dapes mos
est. Varro in Manio, oportet bonum ciuei legibus
parere, Deos colere, in patellam dare μηχρῷ χρήσιν.

Athenæus *lib. 4. απένδειν θοῖς.* Vnde tibicen ut plu-
rimum accinebat libationi. Plutarchus *Sympos. 1.*
Postquam mensæ sublatæ sunt, & coronaæ à Mel-
issa datæ, οὐεῖ περιστομῷ, οὐ δὲ ἀντατεῖς ἀποθύ-
ξαιδίῳ μηχρῷ περιστομῷ, nos quidem libanitius, tibicina
autem paucæ admurmurans libationibus. Libabant

X x x enim

Homerus,

γόντο κρητηρας ἐπισεφίας οὐρῶν,
λέσχων δὲ ἀδεκάτοισι δροῖς.

Statuerunt crateras vino coronatos, & libarunt Dysis
mortalibus.

De Griphis.

C A P V T X X X V .

Reponebantur ænigmata, & grippi in coniuuiis ludicri & literati, quos qui soluisse carnibus exquisitis donabatur, qui non soluisse poculum aquæ salsa bibere iubebatur. Pollux lib. 6. c. 19. γέφυραίνει ταῦτα παῖδες ἔχον, καὶ πάντας ὁ πέπλος γέρας εἴχε κρέαν τηνα φειφεράν, οὐ δὲ ἀδεκάτοις, ἀλλας ποτίσσον εἰπεῖν. Nomen grippi factum à griphis piscatoriis, ἀλιδιτοῖς. Post epulas alij cecinere ad lyram, alij ρῆσιν εἶπον, elegans aliquod veterum dictum, quidam griphos proposuere & sirpos. Cleobulina, ænigmata proponere solita erat apud Athen. γέφυρα πεζούλια δὲ παῖσκον περιστάτικον τὸ διὰ ζυπησεώς ἅρειν τὴν διανοίᾳ τὸ πεζούλιν τηνας, ἡ θερινή χρεων εἰρημένον. Griphos est coniuinalium questionum species propria, ænigmati simillima, rem quam significari ambagibus de industria tegens. Athenaeus lib. 10. γέφυρα λέγεται οὐ μόνοις καὶ συμποτελεύμινοι λόγοι οἱ ἔχον πάντας εὖ ἱαντας μὴ φαινόμενον. Est sermo, & problema. Pollux ζυπησεώτα συμποτελεύτη καλιπει tribuit in ænigma & griphum. Ænigma lusum trahit habuit, γέφυρα & lusum & studium, παντας ob res graues & serias. Athenaeus griphorum

Lib. III. Cap. XXXVI. 325

ζυπησεών non alienam esse ait à philosophia. Idem lib. vlt. Muria infundebatur in eorum poculum qui præstare non potuerant quod iussi erant. Antiphanes,

ἄλιμος ἔχει πανειρίου ποτησίον.

Hesychius iis qui soluisse griphum scribit merum dari solitum, aliis aquæ cedunt. Eustath. ad 24. Odysseas, γέφυρα μόνοις ζυπησεία, οὐ καὶ συμποτελεύτης πεζούλιν φίλας οὐρα γεράσοντος οὐ δημονοὶ μηδὲ τὸ ἀπορθέντες ζυπησείν, Griphus difficultis questione fuit quam proponebat aliquis poculo pleno vini proposito quod ebibebat qui questionem soluerat, &c. Vide griphorum exempla apud Athenaeum lib. 10.

De Consultatione in Cœna.

C A P V T X X X V I .

Inter vina Græci & Persæ de rebus grauioribus negotijs consultabant. Homerus,

— δεῖν δεῖτα γέρεος
πολλῶν ἀγρομάχων, τῷ πότεροι οὐ καὶ ἀρίστῳ
βαλλει βαλλον.

Da epulum senioribus. Parebis illi ex multis congregatis, qui melius consilium suggesterit. Persæ inter vina de rebus magnis consultabant, quia cum vino animi incaluisserit geterosius consilium se capturos putabant. Sed ieunii mane, quod int vino deliberatum erat, maturius expendebant, ut Xenophon. Plutarchus 6. Sympof. Apud Cretas erant Andria, apud Lacones Pheiditia, in quibus quæ secreto haberi volebant, de iis consultabant,

& Aristocraticam rationem obtinebant, ut Athenijs Prytaneum, & Thesmothesium. οὐχ οὐκ οὐδὲν αὐτῆς καλέρινα, τούτη λάκωσι φειδίπα, βελοπτίκον ἀπόρρητον, καὶ συνεργίαν αἰενοκρατικὴν τάξιν εἶχεν, ὡς ἀδίλιος αριτανεῖος καὶ δεομοδεῖσιος.

De Militari conuiuio.

C A P V T X X X V I I .

Roma moris fuit ut tempore cœnæ ad tabernaculum Imperatoris omnes tubicines, & cornicines tuba canerent, & buccina. Polybius lib. 6. εἴη δὲ ἔνος ῥωμαῖος καὶ τὸ δεῖπνον καρπὸν τὸς βουλευτῶν καὶ στρατιῶν πάντας ομοιώνει. Plutarchus συμπόσια στρατιῶν καὶ παρεμβολικὰ. Plato lib. 3. de Rep. Homerus δὲ στρατῖος εἰς τὴν ιπάνω ἐστάσεος ἔπειτα ἰχθύος ἀντὶς ἐστῖ, καὶ πάντα δὲν διατάπη ἐν ἄλιττοντο, ὄγκοις, ἐδὲ ἐφθοῖς κρέσσων, ἀλλὰ μόνον ὅποις. Militaria conuiuia vocat & castrensis. Homerus in epulis Heroum neque piscibus eos vti ait, neque carnibus elixis, sed aliis licet essent in mari Helleponiaco. Iam subiiciam pauca de obsonatoribus, cocis, & aliis coenarum administris, tum de yasis culinariis, & poculis, & argento escario & potorio. Olim finito conuiuio acclamatum, οὐ ποτε aut ποτέ, cuius rei causam explicat Athenaeus lib. 15. Heraclides Ponticus ait Apollinem super libatione ter dixisse, οὐ ποτέ.

DE

DE CONVIVIIS
LIBER QVARTVS.

P R O L V S I O.



BRIETAS apud eos frequentior est quorum regio vini ferax non est, ob iniuriam aëris, & vim frigoris. Vbi vini copia est raro viideas homines alicuius dignationis ebrios. Scythæ vino parum affueti ob intemperiem cœli, & asperitatem soli, bibacissimi erant. Itaque cum Cyrus in Scythiam irrupisset, Thamyris reginæ Scythurum filius adolescens, veluti ad epulas, non ad prælium venisset, omissis hostibus, insueto barbaros vino se onerare patitur, quod eō fini Cyrus in via exposuerat, priusque Scythæ ebrietate, quam bello vincuntur, apud Iustinum lib. 1. Curautem vigor corporis & animi langueat ebriis, exponit Lucretius lib. 3.

Denique cur hominem quum vini vis penetravit

Acris, & in venas discessu diditus ardor.

Consequitur grauitas membrorum, prepedum mutatio.

Crura vacillanti, tardescit lingua, mader manus,

Nant oculi, clamor, singultus, iurgia, gliscunt.

Quia cerebrum vaporibus vini offunditur, & spiritus quatiuntur. Placuisse viri fortes meri bibones fuere, Hercules, Darius, Alexander, Philippus pa-

ter eius, Xenagoras Rhodius apud Ælianum lib. 12. *Variar. ἀμφορᾶς* dictus, amphora, Diotimus Atheniensis χάνη, infundibulum. Bene Seneca epist. 83. Quam propinaciones tuas strati somno, ac vomitantes recusauerint, quam nemo tam vini capax fuerit, vincetis à dolio. Vinolentiam crudelitas sequitur. Violatur enim, exasperatúrque sanitas mentis. Ut difficiles faciunt oculos diuturni morbi etiam ad minimum radiorum Solis offendit, ita ebrietates continuæ efferant animos. Nam cùm sàpe apud se non sint, consuetudine insaniæ durata vitia vino concepta etiam siue illo valent. Tentantur pedes, lingua non constat. Si quid ab ebrio peccatum est, bis puniri debet. Aristoteles 2. Politic. cap. vlt. Pittaci lex, τὰς μεθύσας ἄν τι ποιῶσι, πλέω ζητῶν ἀπότινον τῷ γηφόντων. Διὰ γὰρ τὸ πλεῖον ὑβρίζειν μεδύσας, ἢ γηφόντες, εἰ τοῦτος τῶν συγκάμινων ἀπέβλεψεν, ὅπερ δὲ μεδύσας ἔχειν μελλον, ἀλλὰ τοὺς τὸ συμφέον, Ut ebrii si quid peccauerint, ampliorem multam soluant, quam sobrij. Quia enim plures iniuriosi sunt ebrii quam sobrij, non refexis ad veniam, quasi danda sit ebriis, sed ad utile. P. tamen Minus dixit,

Absentem ledit, cum ebrio qui litigat.

Dicebat Xenophon in Oecumenico, δέλας εῖναι ἀκρατεῖς, ἐν τῷ διώδιο δημιουρῆς ποιῶν, τὸ γὰρ μεδύσαν λίθινον ἡμιοι πάντων τῷ τελεῖτεν δεομένων, Seruos vini intemperantes, non possis industrios, & sedulos efficere. Ebrietas enim obliusionem affert eorum qua fieri oportet. Pythagoras, μέδην μανίας μελέτη, Ebrietas furoris meditatio est. Arcesilaum qui nimio vini haustu sibi mortis causam attulerat Laërtius eleganti epigrammate perstringit,

ἀρκε

ἀρκεσθλας πέμποι πι τοσοντον ἀκροτον ἀφεδως
ἴσωσας, ὥστε φρενον ἐκτὸς ὀλέσῃ ἐσων.
σικτέρω εἰ τόσου ἐπει δαρει, ἀλλ' ὅπι μέσους
ὑπερτις εἰ μετειχενομένῳ κώλικι.

Arcesilaæ cur tam largiter merum hausti, ut mentis expers perieris, non tantum me tua mortis miseret, quam quod Musis iniuriam fecisti potu immoderato. Apud Ælian. lib. 3. varia, Alexander πολυπότης πολυποτίας ἀγόνας, certamina plus bibituris posuit. Quum perpotasset apud Perdiccam, altero die crapulam edormiuit. Item apud Eumæum cum pergræcatus esset. Iuuenal. Sat. 6.

— Quid enim Venus ebria curat?

Inquinis, & capitibus que sint discrimina nescit.
Grandia qua mediis iam noctibus ostrea mordet,
Quum perfusa mero spument unguenta faleino,
Quum bibitur concha, quum iam vertigine tectum
Ambulat, & geminis exsurgit mensa lucernis.

Theocritus,

Δικτὸς ὁ τῷ βατράχῳ, παιδεῖς, βίᾳ, & μελεδαινῇ
Τὸ τῷ παιδὶ ἔμχωτα, πέρηστι γὰρ ἀρδόνον αὐτῷ.
Optabilis est rane vita, non sollicita est de eo qui bibere infundat, largè adeat ei quod bibat. Plato ebriis suadebat ut se in speculo spectarent, fore enim ut tali deformitate absistant, σωεῖαδε γετοπερίεδρος, ἀποκήσας γὰρ τοιωτης ἀγγειοσώμας. Seneca epist. 93. Non est animus in sua potestate ebrietate deuinctus. Ut musto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet in summam partem vis caloris elestat, sic vino exstuantre quicquid in imo iacet abditum effertur, & prodit in medium. Onerati mero ut non continent cibum vino redundante, ita ne secretum quidem. Omne vitium ebrietas, &

X x x 5

inten

intendit, & detegit, obstantem malis conatibus verecundiam remouet, non facit ebrietas vitia, sed prodit, quicquid mali latebat emergit. Adiice vertiginem capitis, testa ipsa mobilia velut aliquo turbine circumagente totam domum, stomachi tormenta, quum efferuerescit merum. Laertius scribit legem Solonis fuisse τῷ ἀρχοντὶ ἀ μεδίαν ληφθῆ δαῦτον οὐ τὸν ζημίαν, Preiorem qui ebrius reprehensus sit morte multitudine. Plautus in Curculione, Nomen est lenæ multibiba, atque merobiba, quasi tulagenam dicas, ubi vinum solet Chiium esse. Lena ait, flos veteris vini meis natibus obiectus est. Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit. Salue anime mi liberi lepos ut veteris vetusti cupida sum. Nam omnium odor vnguentum præ tuo nausea est. Tu mihi stacte, tu cinnamum, tu rosa, tu crocum, & cassia es, tu bdelium. Vide ut ingurgitat impura in se merum auariter plenis fauibus. Ennius in Athamante,

His erat in ore Bromius, his Bacchus pater,

Illi Lyans vitiis inuenitor sacra,

Tum pariter euan, euhœ, euhœ, prius,

Ignorans, insenatum cœtus aliena vice

Inibat alacris Bacchico insultans modo.

Horat. lib. i. Carm.

— natis in usum letitiae scyphis

Pugnare Thracum est, tollite barbarum

Morem, verendumque Bacchum

Sanguineis prohibete rixio.

Denique Isidorus lib. 3. ep. 412. ὁ φίλοις θῶν αἱ πόλεις ἐπική κύλικας, τοσστῷ πλεύσων ἰρέος, ὅτε ἔραστος θηματός θῶν τῷ αἱ πλεύσων σωάγη, τοσστῷ μᾶλλον ἀγάπῃ τὸ θεοποίας τὸ γῆμαν, Merobibi qua plures calices

calices obduxerint, eo plures ducere cupiunt, & auarus quo plura congefferit, eo amplius fornacem cupiditatis accedit,

Hoc disper, vinum quod qui bibit, amphora plena est.
At siens auri quo plus bibit, hoc magis ardet.

Seneca lib. 4. question. Natural. eos insectatur qui bibunt niuem ut vini ardorem vel restinguant, vel accendant. S. Hieronymus epist. 10. Partus venter, & semper esuriens triduanis præfertur ieuniis. Multo melius cottidie parum, quam raro satis sumere. Pluua illa optima est, quæ sensim descendet in terram. Subitus, & nimius imber in præceps, arua subuertit. Non Aethnæ ignes, non Vulcania tellus, non Vesuuus, & Olympus tanti ardoribus æstuant, ut iuueniles medullæ vino plenæ, & dapi bus inflammatæ. Nihil adolescentibus vtilius quam esus olerum. Legumina quia inflant castitati aduersantur. Esai. cap. 5. *Va qui potentes estis ad bibendum vinum & miscendam ebrietatem, Quia ex vino luxuria, inquit Paulus. Epicharmus ē, πόσος κώμῳ, ἐξ κ. θυατία, ἐκ θυα. δίκη, ἐκ δίκης καταδίκη, ἐκ β. κατ. πέδαι τε ἡ σφάλει η ζημία, η πενίας.* Plato, φερτῷ κρατήσ νησίας, διτερῷ ἑροὶ τοι, τερτῷ ὑπερ, τίταρῳ ὑπερεως, πεμπτῷ θεοῖς, εἰκοστῷ κόσμῳ, ἑσδυτῷ ὑπωπτῷ, ὄρδον μανιας. Addo ἕνεκτον ύδω, ἡ θενάρη. Ex vini potu comedatio, ex comediatio ne furor mentis, ex furore iudicium (dixerim, ex furore inexpiable scelus, ex scelere iudicium) ex iudicio condemnatio, ex condemnatione compedes, ex compedibus putredo ossium; sideratio, mulcta, mors, aut repentina turbatio. Plato, primaria poculum est sanitatis, alterum amoris; tertium somni, quartum iniurie, quintum clamoris, sextum

De Conuiujs,

sextum comeslationis, septimum verberum, & cicatricum, octauum furoris, nonum morbi, aut mortis.

De Obsonatore.

C A P V T I.

AD conuiua multi ministri operam suam contulere, in primis obsonator, de quo Martialis lib. 14.

*Dic quous es, quanti cupitis cœnare, nec unum
Addideris verbum, cœna parata tibi est.*

Obsonatores dicti macellarij. Sueton. lib. 1. Iulius Cæs. ea quæ ad epulum pertinebant macellariis oblocauerat. de Vespasiano cap. 19. Rechè & dapsile conuiuabatur, ut macellarios adiuuaret. Græci ἀρχεραῖν vocant. Athenæus lib. 4. ἀρχερᾶς ὁ τὰ ὄψια ἐνέργειος. Aristophanes δέλτῳ indiget eum qui præstinat, & emit opsonia. Alius est δέλποιος, obsonia faciens. Plato in Gorgia, Σεφίων ὁ ἀρτοποιός, ἡ μάδακος ὁ πώλης δειποτίαν συμμετερός πώλη σκαλιών, ἡ σύραμβος ὁ κάπιλος, ὁ πὲ ἄρτος δαμαράς παρεοντασεύει, ὁ ὅφος, ὁ ὅσσος, Thearion pamfex, & Mithaecus qui culinariam Sicilicam scripsit, & Sarambus caupo, primus panes mirabiles preparabat, alter obsonia, tertius vinum. Plautus in Milite, vel primarium parasitum, atque obsonatorem optimum. Procopius lib. 3. Perfico, Optionem vocat obsonatorem, forte quia sprabat, & eligebat obsonia. ιωάννης παρέδωκεν, ὃς οἱ ἐπιμελέστοι τὸν τῶν αἰχιαν δαμίας, δημιουροῦσσον καλεσσον ρωμαῖος. Ioannem tradidit enī cura sumptuum

τουμ domesticorum. Clemens lib. 1. Pedag. Obsonatores vocat τὸς πολυτελευτῆς τὸς ἐν ποθμῷ σκελικῷ σμυραινας, qui curiosè inquirunt muranas freti Siculi, aut certè eorum dominos. Parasitorum erat obsonare, Plautus in Milite, ipsi obsonant quæ parasitorum antè erat prouincia. τέχνη διφοντικὴ ars obsonatrix. Fuit propria obsonatorum qui si emerent carius, dicti θυσάναι, ὅτι τὸ πολέμιον θυσῶν, ait Athen. lib. 7. Apud quem Antiphanes, σὺ γέ ἀγράσσεις ήμην λαβὼν τὸν ἀργειον, Tu nobis emes hoc argento. Itaque qui nullum vnum, 6. pluribūsve et s. præstinabant, prius obsonatori pecuniam numerabant, qui διφονοπόλη daret. Glossæ tamen διφονοπόλεις vocat macellarium quum vulgo macellarius dicatur obsonator. Sanctus Ambrosius lib. de Elia, & ieiunio, cap. 8. Obsonator est qui antequam luceat fores pulsat alienas, & tanquam bellum aliquod immineat excitat dormientes. Turbatum vides, anhelantem aduertis, interrogas quæ causa sit perturbationis, Poscit, inquit, Dominus meus vbi vinum melius veneat, quærit vbi durior vulua curetur, vbi iecur mollius, vbi Phasianus pinguor, vbi piscis recentior. Ad obsonatorem pertinent cuppedinarij dicti à foro cuppedinis apud Terentium in Eunicho, Vbi cuppediz venibant, cetarij, ταριχηπόλεις, falsamentarij, qui Athenis vilissimi, quia falsamenta seruorum cibus, coqui factores, pescatores, aucipes, pannifices, dulciarij, lactarij, factores, structores, carptores, chirronomontes, scissores, quia obsonator hæc omnia prospiciebat Domini voluntate, ἀλλαγοπόλεις, factores viles, pescatores ιππαντεῖς, δημιουροῦσσει, seu factores dicitur qui πέμπεται, seu bellaria struit.

De Cociis.

C A P V T I I .

Coquus præferat ὀφρυπηνή, seu condituras obsoniorum. Dicitur μάγειρος. Ήν φοι μάγειστος καρυκοπονή condituras ciborum præpositi. Glossæ, ἐλέας μάγειρος, ἐλέας τράπεζα μάγειεική, Eleatrius, coquus, elea mensa culinaria. Iuuenal. Sat. 9.

— Archimagiros ponit.

Sarambus & Thearion coqui Dionysij tyranni vt Tzetzes Chiliade 10. Dædalus & Thymbron nobiles coqui, de quibus Athenæus lib. 9. & 14. ὀφρυποὺς ὀφρύμενοι. Iuuenal. Sat. 4.

Multa videmus

Que miser & frugi non fecit Apicius.

Vetus Scholiast. Apicius auctor præcipiendarum cœnarum scripsit de iuſculis. Coquus μάθητας, ait Eustathius, τεττέτερος οὐδέποτε μαθητής, πᾶν πολυτελές ἔσθια, dicitur ἀπό τη μάθητης μαθητῶς. Mattri yazti, hoc est preparat omniem cibum dapsatilem, hinc lumentum, & opiparam eſſi apium. Mithæcus fuit insignis coquus de quo Maximus Tyr. Serm. 34. οὐδὲ μαθητὴ ὄφος, à Mithæco obſoniuſ, à Sarambo vi- nūtum, à Cono iuſtuſ, à Melesio cantum, ἀλλ. Eu- stathius propriè οὐ vult esse τὸ στόχον οὐδύματο, quia sero delicia in uſlum uenerunt οὐδὲ τὸ οὐδέ ποτε εἰς χεῖσιν ἐλθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ τοιοῦτα δῆται τεῦφη. οὐδέποτε propriè pisces. Idem, ἐλέας ὁ μάγειρος οὐδὲ τὸ ἔλεον ὁ Διοῖος τῷ μάγειεικῷ τρέπεται. Id in primis agebat coquus ut noſſet gustum coniuiarum. Posidip- pus, καὶ τὰ σοματα γίγανθε τῇ κακλημένῳ, noris ora;

¶

Lib. IV. Cap. II.

335

Et gustum eorum qui vocati sunt. Diphilus, τὸ ἔθιμον τὰ σοματα τρέπεται. Ante nosſe palatum coniuiarum. Martialis,

Non satis est ars sola coquo, fernire palato,

Alique coquus Domini debet habere galam.

Ausonius in Ephemeride coquum alloquitur.

An vegeto madeant condita obſonia gustus

Fallere namque solent, experiendo proba.

Concute feruentes palmis voluentibus ollas

Tinge celer digitos iure calente tuos,

Vibrantii lambat quos humida lingua recursu.

Seneca ad Helviam, Apitius Scientiam popinæ pro- fessus disciplina sua sæculum infecit, qui ingens capitolij vetricigal singulis comissionibus haufiſſet. Liuius lib. 39. Antiocho victo tum coquus vi- lissimum antiquis mancipium, & æſtimatione, & yſu in pretio eſſe, & quod ministerium fuerat, ars haberi cœpta. Conducebantur coqui de foro apud Plautum, in Aulularia. In colloquio quotidiano vt instruatur ἄεισος, prandium, eunt ad κρεοπωλεῖον, emunt carnes, aut pisces decem denariis, ad λα- χανοπωλεῖον emunt olera, poima, ficus, mala Persica, pyra, tubera, λάχανα, ὄπιρας, συκεῖα, σῦκος, μῆλα πε- τρικά, ἄπιτης, τεκέκκια. Athenæus lib. 7. nomina refert coquorum excellentium, coqui discebat duos annos habentes cincticulum, ἔμαθεν τὸ ἔτεν δυοῖν ἔχων μάθημα. Idem lib. 14. μαῖστρον, ἡ τέττη, coquus, κύριος coquus, τὸ πολυτικὸν μάγειρον μαθητα, τὸ δι- ἀντότομον τεττη, Mæſon coquus vrbicus, tettix ex- ternus. Festus, Mæſon persona comica aut coei, aut nautæ. Hesychius μάθοντες οἱ κορυφαῖοι τοῦ μάγειρον, οἱ τεχίται, Musones principes coquorum. Alibi, Athe- nis tettiges hospites coquorum serui, τέττης οἱ μάγειροι

μαζείεν τοποῖοι έστοι, οἱ δὲ ἀγόμοι, μαζούες, indigenae Masones. Veteres Coci rituum sacrificandi & māzōn sūtūnēs notitiam habuere. Olympias in epistola ad Alexandrum, περὶ τοῦ θρόνου τὸ μάζειεν αὐτῷ αφίεις θυσίων ἐμπειρούν, οὐ μέτρο φθοι, πελεγνὺν τὸ μάζειεν λόγε ὁδῷ τὸ μάζειον. Εἰς Θράκην οὖσα τὰ ἵπα στὰ πατρῶα, ἐν Θύπαν Σύντονον. Nam cùm Alexander hortatus eam es-
set ut ad se mitteret coquum sacrificiorum peritum, mater ait, accipe coquum Pelignam à matre tua. Ille enim scit quomodo sacrificia tua patrita immolentur. Plinius lib. 18. Romani veteres co-
quos non habebant in seruitiis, è macello con-
ducebant. Seneca epist. 13. Quām celebres culinæ
sunt, quanto circo nepotum focos iuuentus pre-
mit. Dio de Apitio, ιδὼν ὅτι Διακοῖς ήταν παντὶ κύτῳ
αὐτῷ μελάδες ἦν τελείειν, ἐντὸν λιμῷ διφέρει, Βιδῆς
ducentas quinquaginta sibi drachmarum myriades super-
esse tantum, seipsum fame confecit. Isidorus lib. 20.
cap. 2. & 30. Apitius primus coquinæ apparatum
instituit. Vide apud Athenæum sub finem lib. 14.
laudationem coquotum. Seneca ep. 15. præfectos
popinæ, culinariæ artis magistros vocat. Venan-
tius, de coquo,

*De flammis ardente manu qui diripit escas,
Corde niger, fumo sparsus, fuligine tintitus.
Et cuius facies cacabas aler adeſt.
Cui sua ferruginum pinxerunt arma colorem.
Frixure, cucuma, stapha, patella, tripes.*

Coqui furaces erant. Si quid grauius deliquerant
in puteum, id est in locum subterraneum mit-
tebantur. Plautus in Aulularia, comprehendite,
vincite, verberate, in puteum condite. Nisi vnum
hoc faciam, ut in puteo cœnam coquat. Idem

in Casina, Vide fur ut sentes sub signis ducas, quia
sentes retinent, ac configunt aculeis vestimenta.
Vide apud Eustathium pag. 872. nomina vasorum
quibus coqui vni. Delij coquis suis nomina indi-
derunt à ministerio. Magasides coqui quod in sa-
cris epulis totos dies mazas subigerent, τὰς μάζας
ἐν τῷ δούλειον τελεταῖς. Putem dictos Mazidas, non
magazidas, sicut Gongyli dicti qui γυρύλας μεμαζ-
μένας γυαλῖς τελεταῖς παρέχον, qui, Gongylas subactas
feminiis teretes præbebant. Coqui ἀρνιστάοι, ἀρνι-
τράριοι qui populo cibos condirent. Coquius οὐλάνων
nequam, & furax, κοπίσαν ἐπανύποιος, truncator &
scissor. Quo seuerius lex sumptuaria exerceretur,
institutum est Athenis, ut coqui omnes sua nomi-
na ad magistratus deferrent, quo haberent Gynæ-
conomi ei curæ præfести, quos possent percontari
de numero coniuuarum, & cæteris quæ contra le-
gem fierent. Menander, πυθούλη η πάντας τὰς ἐν τοῖς
νόμοις διακονήτας μαζείπες ἀποχεράφει τῷδε τοῖς γυναι-
κονόμοις. Apud Athenæum lib. 12. Sybaritica lex de-
fert priuilegia coquis, qui nouum aliquod condi-
mentum, aut cibi genus repererint. Verba legis
hæc sunt, εἴ τις οὐδὲ δοκιμάνων, οὐ μαζείπεν, οὐδὲ
θρῶνα, οὐ κεντόνην, τιλία ἔξοιταν μὴ Τοῦ γενομένης τέττα
τετρεγον τοῖς εἰσιτοῖς, ἀλλ' αὐτῷ τοῖς διόποτε. Si quis eorum
qui condunt cibos, aut coquorum, cibum inuenierit
peculiarem ab aliis non repertum, non licet alteri ante
annum quam ipsi reperto hoc inuenienti vti. Apud Hip-
polochum culina, vel certe caminus dicitur ἡπαντὸς
διαβιδῶν, cœlum, seu conuexum cœdum quæ assan-
tur. Aristophani culina vocatur in Vespis καμίνος
caminus, vnde & instrumētum tubulatūm coquo-
rum vocatur καπιοδόχη, fumarium, caminus. Appia-
nus Y y y

nus lib. 4. *Civiliū κυπάδεις ὑπερσφίας* vocat fumaria fornicate. Hippolochi versus accipe,
οἱς δηπτεσάφας μέντος ἔρανος ὀπλανίων,
ἢ μὲν δηπτεσόντου δεῖπνος χέρον, οὐδὲν ἀναμεῖναι.

Quibus commissum est magnum cœlum assurarum, aut coquinarum, ut aut tempus cœna accelerent, aut remorantur. Artemidorus lib. 3. ostendit coquum, seu μάγειον interdum significare lanium. μάγειος ὁ εἰς ἄρρενας, ὁ τὰ κρέας κυπαρόπτων, ἢ παράσκων τῷ σύμῳ. *Coquus qui est in foro, qui carnes disindit, & vendit populo.* Lanius, macellarius. In pergulis enim proflabunt, aut in foro lanij & coqui.

De Carptoribus, & scissoribus.

C A P V T I I I .

Oannes Saresberiensis, vel vt alij, Salisberiensis, lib. 1. cap. 4. de scissoribus loquens, ad hoc carnificium eorum artem exigit, & suum habet opificem. Ita lego. τεαπελούμηνος. Iubæ in similitudinibus, mensarum est ornator, & structor. Apud Petronium qui obsonium carpit carptor vocatur. Itaque quotiescumque dicit, carpe, eodem verbo & vocat, & imperat. Scholiares Iuuenal. Sat. 9. Carptores infertores qui illata carpunt. Seneca lib. de vita Beata c. 17. Carptorem scindendi obsonij magistrum vocat. Pollux τεμεῖς. Iuuenal. Sat. 9.

— Archimagiri.

Carpiores.

Homerus Odyss. 6.

μᾶς ὃ βοῦδιν κρέας δειπτο, ἢ γένεα μοίρας.

Boethius

Boethoides dabat partes. Seneca epist. 47. Alius pretiosas aues scindit, pectus & clunes certis ductibus, circumferens eruditam manum in frusta excutit. Iuuenal chironomonta vocat, — & chironomonta volanti

Cultello.

Apuleius Miles. 2. diribitores appellat. Diribitores plusculi splendidè amicti. Homerus lib. 4. Odyss. 26. οὐρῆς ὃ κρέσιν πίνακες παριδίκει τείπεις πυρτοῖσιν.

Scissor lances tollens apposuit carnis omnigenis refertas. Iuuenal. Sat. 5.

— nec minimo sanè discrimine refert

Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.

Lucianus in Chrono διανέμοντα diuiforem indiget. εἰκέτιν εἰσομαδένην Θεὸν, διανέμοντα τῷ βρέφεστη, παρεπιθέτου τὸ ημίτομον ὅλον σὺν τῇ κεφαλῇ, τοῖς δὲ ἄλλοις διὰ φέρειν συγκεκαλυμμένα, famulum apro illatio in mensam diribentem. Dominus quidem apponere dimidiatum aprum cum capite, aliis autem afferre ossa tetta. Plutarchus 2. Sympoſ. Olim in sacrificiis διάνε fuisse ait à diuidendo dictas epulas, ἐγένετο μείζει ἀποκαλυρυθόν, cùm cuique sorte sua pars daretur. Seneca. Iucundus est in luxu epularum describendo, quād diligenter exoletorum suorum tunicas succingant, quād suspensi sint quomodo aper & coquo exeat, quanta celeritate glabri signo dato ad ministeria discurrant, quanta arte scindantur aues in frusta non enormia, quād curiosè infelices pueri sputa detergant ebriorum. Sidonius lib. 4. epist. Bizantinos chironomontas, Apicos epulones commemorat, quia Byzantini cœnarum artifices,

Y y y 2 fices,

fices, & asseclæ. Morem Thracum in carnibus scindendis attingit Xenophon pag. 315. Typis Henrici Stephani, Thessalorum Homerus in cœna qua Achilles Vlyssem & Nestorem excipit. Apud Martialem structor pro captore ponitur.

Et qua non egeant ferro structoris ofelle.

Lucilius cibicidam nuncupat. Seneca scindendi obsonij magistrum. Quare est ars apud te ministrare, nec temere, & vt libet collocatur argentum, sed peritè struitur, & est aliquis scindendi obsonij magister. Plinius, postea culinarum artes inuenierunt, vt clune spectentur, vt diuidantur in tergora, vt à pede vno dilatata repositoria occupent. Petronius carpe, inquit, processit statim scissor, & ad symphoniam ita gesticulatus laceravit obsonium, vt putares Darium hydraule cantante pugnare. Lacerare obsonium est carpere. Legè 12. Tabular. Mulieres genas ne carpunto. Mulier faciem ne carpito in luctu. Lib. 9. Iliad. Automedon tenet carnes quæ secandæ sunt, secat ipse Achilles,

τῷ δὲ ἔχει αὐτοπέδων, τάσσει δὲ κρέα δίὸς ἀχαιάδων.

Sed secat vt veribus figantur, quod est cocimunus. Patroclus panem accipiens in mensa distribuit in canistris, carneū distribuit Achilles.

μέσοιλος μὲν στονοὶ εἰλὼν ἐπένεμε τραπέζην
καλοῖς εὐ κατίσιοιν, ἀπὸς κρέα νεῦμα ἀχαιάδων.

Eustathius ad lib. Iliad. 1. Detractit τὸ διαιροπάθη, διαιρεῖς οὐ τὰ κρέα μερίζων τοῖς δευτυρόβοις διαιρεῖ πίνειν, οἷον μετεοιήσεις. οὐδὲ τὸ διαιρεῖν. Detrēbein est diuidere partes, dairus qui diuidit partes cœnantiibus. Detron bibere id quod ex equo dimisum est. Vide pag. 470. Iliad.

De Structore, & Architriclinio.

C A P V T I V.

Structor appellatur qui struices patinarias in mensa locat. ὁ δὲ τραπέζης, architriclinus. Pollux lib. 5. τραπέζοντος οὐ φερνήσων τὸ καπνοποιὸν, mensæ magister, cui cura est totius ministerij, τραπεζοκόμος, ornans & exstriens mensam. Iuuenalis Sat. 5. structorem vocat.

*Structorem interea ne qua indignatio subfit
Saltantem videoas, & chironomonia volunti
Cultello.*

Idem Sat. 11.

*Sed nec structor erit cui credere debeat omnis
Pergula.*

Structores enim in vulgaribus conuiuiis de pergula petebantur, apud viros principes erant è famulatio, & ministerio domestico, vt videre est in Veter. inscription. Eupolidi structor dicitur τραπέζαρχος. Hesychio μαχίσιος αἰκοδόμος δέσμων, structores conuiuij. Apud Athenæum τραπέζοντος οὐ μούνων σκέψης, λύγχης ἑτοιμάσεως, qui vasa lauat, lucernas apparat. Apud alios trapezopœus est mensarum curator, structor, τραπέζῶν διηπειλητης. Eustathio, ἀπέργειος οὐ βασιλικὸς τραπέζης, οὐ οὐδειστης οὐ ἄρχις διαιρετης, οὐ περιοδινος οὐ τραπέζης τραπέζη η ίδεν. Edicteps regius prægustator, & præpositus universo ministerio, & præparationi mense ab edendo. Λιβ. 3. διαιρεῖς οὐ ἕπειται η γείτη, quod officium honorarum, & splendidum. Structores à quibusdam vocantur infertores, μεταδέμη, infertitia εἰσοδίου πατα. Vide Suidam in Yyyy 3 voce

voce *στρατηγος*. Romæ Castrenses erant in ministerio mensæ imperatoriaæ. In veteri lapide vnuis ex libertis mensæ Augusti præfetus, dicitur tricliniarcha. Item, tricliniarcha præpositus à fiblis, præpositus à crystallinis. Castrensis præferat pincernis, sellariis, lampadariis, mensæ ministris in notitia imperij. Vitichindus, mensæ ministratorem vocat dapiferum. Codinus, & Zonaras præpositum mensæ, & ἀπό τραπέζης. Theodoret. lib. 4. *Histor. Eccl.* & οὗτοι βασιλικῶν περιουθείλων δεῖπνον. Eum qui procureret coenas Imperatoris. Gregoras lib. 8. & θεμέσκον & τραπέζης βασιλικῆς, domesticum, seu præpositum mensæ regie.

De Prægustatore.

C A P V T V.

Q Via vita regum subditis, non solum ipfis regibus curæ esse debet, moris fuit ut prægustatores ab omni antiquitate essent, qui regios cibos, & potus explorarent. Aristophanes vocat eos *περιστράτοις, πρεταντορεσ*. Xenophon in Hierone, *εργάστατορεσ*. Romæ certè primus Augustus, deinde Tiberius prægustatores adhibuerunt. Vet. Inscriptio Tiberius Cladius flamma clausus Tiberij Augusti prægustator. Q. Curtius lib. 10. Philippus & Cottas potum regis prægustare soliti. Tacit. lib. 12. *Annal.* Inferre epulas, & explorare gustu solitus, lib. 13. Quia cibos, potusque delectus ex ministris explorabat. Vetus instr. *Genio Cælius Herodinus prægustator D. Augusti.* Alia, *Votum Sylvano soluit*

